



# Conspiclus Contentorum.

1. Petersen. Ioh. Vilh. Leonum Christi defensim, contra Meum, mammum Erfurti ab Moch. Anno 1650.
2. Sacri Evangelii Sommariam ex eiusdem anno 1658. Egitur. In Mense Decembris anno 1658. Blattum Octavo. Anno 1658.
3. Christopheri Sam. Gustavi ergo iste von eis primus Schelwitzensis. Anno 1628.
4. Gustavus, subiungitur auf unten vermerkt angefertigter Universitatis Leningradae Logopoeia. Auctio anno 1658. Menses Septembris et Octobris.
5. Philippi Salobi Speneri. Epistola de Obera Joh. Bureb. Capizovic. Anno 1689.
6. Projectus. Quis sit Aufzählerus filii. Auctio Lipsia anno 1698. Ex hoc quoniam Regione Berolustalit. Halle. Anno 1698.
7. Thesaurus Myology. Ex Libro Von der Sonnenburg anno 1680. Ex lib. Dr. Christiani.
8. Abbelii M. Andri. Marcellina Encyclopedias. Anno 1700.
9. Gustav. Rebus mit Gold, röten ihm, was Anticipatio regis. Anno 1699. Ex Libro Harolds gebraucht. ex. Inspecta sunt Epistola ad Numannum. Tunc Helsingium, Mayerium, Schelwitzum, Puecherum et ad Rosticum ex. Tran. Mf. Anno 1700.
10. S. S. P. Si. Lebendigkeit denkbar auf die curios. Logrum ex. His Lango yigone antequa Hoff. Robt. Sol. si non nisi 6000. Zabo utrumque vnde. Harald. ad Moennum.
11. Henr. Maplii. De Generum Academicarum de Agrobi, f. Semin. Scrofae ac Probatone Scriptoraria. Halle. Anno 1698. aut. ejusdem. parvulus de Studiis propheticis.
12. Antonii Pauli. De Ecclesiasticis Fundamentis, quibus Pontificius velut ex suorum mentis professionem filii Tridensia. Halle. Anno 1698.
13. Gustav. Etiamque de doberibus conscientibus constituto. Halle. Mag. Anno 1698.
14. Gustav. Harmonia Iudei que iustificat, cum filie quae non iustificare dicitur. Halle. Chayg. Anno 1698.
15. Gustav. De auctoritate Ecclesie, que Mater est. Leipzig. Anno 1698.
16. Breitbaeki. Iohach. Iusti La cryme et obitu et morte Joh. Breitbaeki. Halle. Anno 1698.
17. Varenii. C. Augst. Vera messie et sibiro & gear & uter. Rostock. Anno 1693.



28  
29

בָּרוּךְ  
DISSERTATIO THEOLOGICA  
*DE*  
**TERRESTRIBUS**

ELOHIM,

b. e.

MAGISTRATU POLITICO,

*Quam*

JEHOVAH ELOHIM clementer annuente,

*Ex*

*Psalm. XXCII. comm. 6.*

In florentissima Electorali ad Albim Universitate,

**P R A E S I D E**

*PIRO SUMME REVERENDO, MAGNIFICO, AMPLISSIMO atq.  
EXCELLENTISSIMO,*

**DN. JOHANNE Deutschmann /**

S.S. Theol. Doctore, Ejusdemq; in Inclita Leuco-  
rea Prof. Publ. Celeberrimo, Alumnorum Ephoro  
Gravissimo,

*DN. Patrono, Preceptore, ac studiorum suorum Pro-  
motore, omni pietatis atq; observantiae cultu aeternum  
suspicendo,*


Publica, placidaq; disquisitioni proponit

**GABRIEL RITTER, CIBINIO TRANSYLVANUS,**

S.S. Theol. ac Phil. studiosus,  
Ad diem Maji A.C. cl3 Ic. XXCI.

*IN AUDITORIO MAJORI.*

WITTEBERGAE, Typis JOHANNIS SIGISMUNDI Biegenbeins.





IN NOMINE JESU!

DISPUTATIO THEOLOGICA  
DE  
TERRESTRIBUS ELOHIM  
vel  
MAGISTRATU POLITICO,  
Ex PSALMO XXXII. 6.

**I**llustrissimus, & notatu dignissimus Politici Magistratus Titulus est, quem Vir Sapiens Eidem tribuit Cap. VI. s. dum Reges atq; Principes v. 178, vid. v. 178, eloquio satis emphatico, dicit. Illustris est hic Titulus, si respicimus causam: causa certe Magistratus summa. Solus autem DEUS Magistratus Politici dicitur Autor Rom. XIII. 1, hinc. Autor ille summus a Viro Sapiente describitur in hoc textu, partim à quidditate, vel ipsa Deitate v. 6 quia DEUS appellatur, dum inter alia requiritur à Magistratis, ut recte judicent, justitia legem custodant, & secundum Dei voluntatem ambulent: partim à Majeestate, vel excelstate, quia vocatur Autor Magistratus v. 179, dum ipsi virtus data perhibetur ab Altissimo, qui posthac ipsum operari sit interrogaturus, & cogitationes Ejus scrutaturus; v. 4. partim ab autoritate, vel potestate, quia potestas ipsi data dicitur à Domino v. 4. illud Autoris Essentiam, istud Eminentiam, hoc potentiam designat; illud principium, istud proprium, hoc medium constituendi Magistratus indicat. Hic Rex Regum, &

A 2

Domi-

*Dominus Dominantium Apoc. XVII. 14. & XIX. 16.* cujus omnes  
Monarcha, Reges omnes ac Principes, ac in universum omnes  
Magistratus, Vasalli sunt, dum non a se, sed a Deo regnant, &  
non secundum suam, sed juxta DEI voluntatem regnare debent,  
ut v. 6. Vir sapiens testatur, non ex propria, sed ex demandata  
divinitus potestate regimen universum administrant, nec ex  
sua, sed ex aliena, concessa calitus autoritate, reliquis homini-  
bus dominantur. Hinc etiam illustris Magistratus manet Ti-  
tulus, à Viro Sapiente notatus, si respicimus formam: vocat  
enim eos ὑπηρέτας tum DEI, tum regni. Nomen hoc empha-  
ticum, & Magistratus non incongruum. Nam ὑπηρέτης remi-  
gem significat, qui magno labore, non absque sudore, navicu-  
lam regit, dicit, & ad tranquillitatis portum è fluctibus perि-  
culosis deducit: sic Magistratus, instar remiges, in politia na-  
vicularia sedet, eamque sua sapientia regit, sua potentia dicit, &  
sua prudentia totam politiam è variis pericolosis casibus, & cur-  
sibus, in portam felicitatis & securitatis deducit. Si quis etiam  
hic respicere velit, in hoc nomine momentoso, finem atq; metam  
Magistratus, non obscurius eadem indicatur. Nam remiges  
non ad speculum, nec ad otium, sed ad strenue remigandum,  
masculi laborandum, in nave reperiuntur: sic etiam Politi-  
ci Magistratus non ad speculum, nec ad luxuriandum, nec ad  
otium, sed ad vigilandum, laborandum, imperandum, mili-  
tandum &c: in alto navicularia civilis sedent. Magistratus offi-  
cium, non est orium, sed negotium, imo negotiorum negotium.  
Quot enim in universo populo negotia fiunt, aut fieri debent,  
non nisi per Magistratus negotium ordinantur, gubernantur &  
ad salutem tam privatam, quam publicam destinantur. Deniq;,  
si respicimus Magistratus Materiam, salutantur non omnes u-  
nius, nec hujus, vel illius παροιας, aut conjunctionis multa-  
rum domorum, nec εὐρυχωρας, vel amplissimae regionis, aut πο-  
λιστρας, seu multorum locorum, sed totius βασιλεias, i.e. πρηται,  
universi regni Ministri: Nam Magistratus est Minister DEI,  
strenue laborans circa personas omnes, sive sint Dominorum, sive  
servorum, sive masculorum, sive famellarum, sive superiorum, si-  
ue inferiorum, sive seniorum, sive juniorum &c: circa res omnes,

quæ-



quæcunque in toto regno reperiuntur, sive bona sint immobilia, sive mobilia, sive publica, sive privata, sive cujuscunque conditionis alius; circa quasvis actiones sive bona, sive male sint, sive publica, sive privata &c: Sic igitur quilibet Magistratus est utropetns Ihs Baerleas ths, DEI vicarius, qui DEI vices his in terris gerit, DEI Plenipotentiarius, qui plenam in omnibus civilibus potestatem DEI nomine dicit, DEI Locum tenens, SODECS Stadthalter / qui locum ejus in administratione Regiminis occupat, & justitiam ac æquitatem, juxta divinam Ordinationem, in magna Mundi domo dispensat. Nos omnes vivimus in Regno DEI, fruimur Regni DEI privilegiis & beneficiis, jure proinde DEI Legatos & Administratores respicimus, magna veneratione suspicimus, & ad majorem ipsius Magistratus cultum, ac debitum Eisdem præstandum obsequium, Divina constitutionis Pandectaras, Scripturas Sacras, & iabulas authenticas evolvimus, & Doctrinam Orthodoxam de Magistratu Politico frequenter repetimus. Hoc etiam, occasione data, præsentis est instituti. Non autem vagis & dubiis, iisq; tenebriscos gressibus procedemus, sed omnes meditationes nostras, in Domino suscipiendas, ad Oraculum aliud quod Biblicum, cœus statuam mercurialem, referemus, vel etiam illud, instar facis, præferemus, ut eo rectius veram de Magistratu Doctrinam invenire, eò planius eandem è clarissimis Spiritu Sancti verbis aperire, eò certius ad scopum nostrum pervenire, tandemq; fructum omnem eò plenius reperire valeamus. Sit igitur Rex Regum, & Dominus Dominantium, per Spiritum, Veritatis & Majestatis, Doctor & Ductor omnis nostri laboris in Principe Regum Terra, Christo Iesu!

1. **D**um arduam, jucundissimam, & utilissimam doctrinam de Magistratu Politico, tanquam Dia Terrestribus, vel inferioribus, ingredimur, eam, juxta scripturam divinitus patefactam, religiosè persequimur, & non humanis speculationsibus, nec propriis adiunctionibus, nec antiquis traditionibus, nec ipsius tantum natura legibus, sed divinis potius revelationibus in hac ardua tractatione nitimur. Solum enim DEI verbum immotum, & invictum veritatis fundamentum, cum sit verbum veritatis Ephes. I. 13, & ipsa veritas Job. XVII. 17.

A 3

2. Cum.



2. Dum verò per universum scripturæ circulum innumerā prostant, & authentica Veritatis Oracula, non ex *Apollinis* tripode, sed ex celesti Triade profecta, nos ex omnibus Davidicū aliqvod *Oraculum* è *Psalmis* Beatorū quois feligemus, & potissimum illud emphaticum *Psal.* XXCII. 6. de *Magistrorum* Testimonium nunc eligemus, neq; tamen alia sacrarum literarum dicta, sive *Vetus*, sive *Novi* *Testamenti*, prorsus negligemus.

3. Pulcherrima vero sunt Regis Beodrī verba, quæ non suo, sed potius, in persona summi Numinis, sublimiori nomine proponit: *Ego dixi, Dii estis, filii excelsi omnes.* In lingua prophetica sic legitur: *אני אמרת אלהים אתם ובני עליון כלכם*. B. Lutherus: *Ich habe woll gesagt: Ihr seyd Götter/ und alle jumal Kinder des Hōhesten.*

4. Hoc *Oraculum* continet illustre doctrinæ de *Magistratu Compendium*, & veritatis cælestis, quoad hoc doctrinale caput, summarium. Totus enim hic *Psalmus* divinum hujus dogmatis præ se fert *commentarium*, & singulare quoddam sancti Spiritus, in exponentia doctrina de Magistratibus civilibus, artificiis. Nihil enim in orthodoxia, quoad hunc articulum desiderari poterit, si quis curatius membra *Psalmi* totius cum ipsis verbis considerare voluerit. Nos hac vice, missis reliquis versiculis, tantummodo *sextum* nostræ tractationi conservamus.

5. Si vero præsens *Oraculum* limis saltē oculis inspicimus, omnis doctrinæ de *Magistratu* fundamenta mox in eodem conspicimus. Nam ut alias, sic etiam h. l. *Magistratus* consideratur, & quoad *Onomatologiam*, & quoad *Pragmatologiam*, cum & illustrissima *Nomina* verbis explicitis notentur, & plenisima ὠργύματα non obscurius insinuentur.

6. *Onomatologiam* quod concernit, non unum, sed duo *Nomina* præclara *Magistrati* tribuuntur, quorum I. *Elohim* est, *Ego dixi, Elohim estis*, Lat. *Dii estis*. Vox *Elohim* quoad *Etymologian*, juxta varios variæ dicitur esse derivationis. Alii non attendentes numerum pluralem, & deductionem à numero singulari, *Elohim* dictum esse volunt quasi *אֱלֹהִים* robur eorum,



eorum, qvod DEUS omnium rerum creaturam virtus sit, sicut  
dicitur *II. Sam. XXII. 32*. Nemo est petra fortitudinis, prater  
Deum nostrum, quæ sententia R. Nachamani tribuitur. Cer-  
tum evideat est, qvod Deus sit robur, petra, fulcrum omnium  
creaturarum, qvippe quæ dependent à DEO, tum in fieri, tum in  
esse, tum in operari, sicut notissimum, qva ratione dicitur etiam  
de creaturis universis, πάτερ ἐν αὐτῷ συστηκε, omnia in eo  
consistunt, *Col. I. 17.* & de nobis hominibus, *in ipso vivimus, move-  
mur & sumus Act. XVII. 21.* sed hæc nihil ad nomen Elohim, ut por-  
te quæ pluralis est, respiciens suum singularem אלהים, vox est re-  
lativa, non absoluta, personalis quoque non causalis, vel essen-  
tialis. Rectius igitur deducitur ab אלהים suo singulari, qvod  
nomen DEO proprium. De hujus variis derivationibus vid.  
*Venerandus Dn. D. Calovius in Theol. nat. & revel. p. 408. seq.*  
Omnium convenientissima dicitur, qva deducitur ab inusitata  
radice אלהים, quæ secundum *Arabicum* cognatum verbum si-  
gnificare, vel indicare videtur, ob eminentiam servire, colere,  
adorare. Sic non incongruè vox Elohim de *Magistratibus* adhi-  
betur, cum & illi propter eminentiam reverenter colendi sint,  
politicasq; gestibus adorandi, sicut & ipsis propter majestatem  
servire debemus. Summus Magistratus Dominus est, reliqui  
servorum instat habentur.

7. Qvoad komonymiam notandum, quod vox Elohim vel  
accipiatur (a) qvoad ἀνθρώποι, in sensu abusivo, qua ratione  
tribuitur idolis passim in scriptura sacra *Exod. XXIII. 24. Esa.*  
*XXXVI. 18. &c.*: *Diabolis* spectris *I. Sam. XXIX. 13.* ipsis Di-  
abolis *Gen. III. 1. seqq. &c.*: - (b) qvoad ἀνθρώποις in sensu  
metaphorico, vel analogico, sic competit *Angelis* *Psal. IIX. 6.*  
*XCVII. 7.* hominibus in eminentia constitutis, sicut *Mos. Exod.*  
*VII. 1.* respectu Pharaonis, tribuitur, cujus certe *Magistratus*  
non erat: & *Magistratibus* *Exod. XXI. 6. XXII. 8. 9. &c.*: (c)  
qvoad θεούς, in sensu proprio atq; primitivo, qua ratione solius  
DEI proprium nomen est; & licet qvoad usum biblicum plurale  
nomen Elohim magis sit personale, quam esse entiale, tamen à per-  
sonis Essentia non excluditur, sed qvoad significatum concreti-  
vum includitur: intērim ex collatione locorum, in quibus hoc  
nomen.



nomen usurpatum à Spiritu S. legimus, facilè patet, qvod uno modo non adhibeatur, dum modo sumitur pro personis omnibus in statu *absoluto*, qvatenus sine relatione ad contextum solam pluralitatem in Deitate concerneat, qvæ Trinitatis est, non unitatis, non dualitatis, vel etiam indefinite numerositatis: vel etiam in textu citrarelationem ad intra, vel personalem, opus aliquod externum respicit: porro vero sumitur in *statu relativo*, quando juxta contextum ad duas, vel etiam ad unam personam vox Elohim restringitur, qvod in primis fieri solet, quando vel uni, vel duabus personis contradistinguitur. Exemplum illustrare cernimus, os ēi vivo. scilicet statim in frontispicio scriptura sacrae. Nam Gen. 1.1. vox Elohim accipitur pro tribus personis: In principio creavit Elohim celum & terram: nam opus hoc omnium personarum est, & Patris, & Filii, & Spiritus S. sicut alibi juxta scripturam demonstratum: mox v.2. de duabus: Et Spiritus Elohim ferebatur super aquas: nam in his verbis Elohim sumitur pro Patre, qvia Spiritus S. est Spiritus Patris Matt. X.20. & pro Filio, qvia Spiritus S. pariter est Spiritus Filii Gal. IV. 6. non autem accipitur pro Spiritu S. qvia Spiritus Sanctus non est spirans, vid. x.2. ετώ, sed spiratus à Patre & Filio, adeoque verus Spiritus, verum spiramen, hinc nec usquam Spiritus suipsum dicitur. Demum in v.3. supponitur pro persona tantum una, videlicet Patris, quando legitur: Et dixit DEUS: nam character Dicens in creatione refertur ad *solum Patrem*, sicut character Dicti, seu Verbi, refertur ad *solum Filium*, cum in hac relatione nec Filius sit Dicens, sed *Dictum*, nec Spiritus Sanctus sit Dicens, sed *Spiraculum à Dicente*, & Dicto, seu Verbo promanans. Alia loca modo producere nec libet, nec licet. Hic vox Elohim in analogica suppositione sumitur, & de Magistris accipitur.

8. II. Alterum Nomen est, quo dicuntur Filiis Excelſe בְּנֵי עֶלְיוֹן. DEUS h. i. non absque causa sub Excelſe nomine producitur. Licet enim alias sit Nomen DEO proprium יְהוָה tamen non uno modo sumitur in Sacris literis. Accipitur enim vel substantive, qva ratione non attributum, sed ipsum subjectum designat, & ceu Nomen DEI proprium, in S. L. adhibetur

Num.



*Num. XXIV. 16. Dent. XXXII. §. II Sam. XXII. 14. Psal. VII.  
18. IX. 2. XIIII. 4. XXI. 9. XLVI. 4. L. 15. LXXII. II. LXXVII. 10.  
LXXVII. 5. XLI. I. 9. CVII. II. Esa. XIV. 14. Tren. III. 34. 37.  
Dan. IV. 21. 31. VII. 18. 22. 25. neque datur exemplum diversum,  
quo nomen hoc, substantivum sumtum, DEUM summum non si-  
gnificaret. Sed, adjectivum suppositum, ad alia quoque refertur,  
v. g. Populus Israelexcelsus dicitur super omnes gentes terræ  
Dent. XXVI. 19. XXIX. I. Sic etiam de Christo, secundum Hu-  
manam Naturam exaltato, legitur Psal. XXCIX. 27. quod sit ex-  
altatus, vel excelsus super Reges terra. Hic autem David po-  
tius hoc, quam alio nomine DEI proprio, voluit uti, tum quia  
de Magistratibus, in excelso constitutis, in hoc Psalmo verba fa-  
cit; tum quia Magistratus sui Superioris eminentiam sic in me-  
moriā revocare voluit; tum quia per hunc titulum Eos ad-  
monere constituit, quod ipsi non sint absoluti Domini, sed subor-  
dinati, supra se habentes Elion καὶ ἔχοντες; tum quia Reges &  
Principes ad humilitatis studium hoc Excelsum titulo manuduce-  
re constituit; tum quia titulo praesenti præcavere studuit, ne  
concessa sua potestate turpiter ad tyrannidim abuterentur,  
cum Excelsus hic etiam potentissimos Monarchas, & crudelis-  
simos Tyrannos dejicere throno suo possit, sicut patet ex v. 7. &c  
Maria canit in Magnificat Luc. I. 52. Depositū potentes de sede  
Exaltavit humiles.*

9. Vocantur autem Magistratus hujus Excelsi Filii (1)  
ratione dependentie, quia per hunc Excelsum omnes Magistra-  
tus ordinantur Rom. XIII. 1. seg. (2) ratione eminentiae, quia  
suam eminentiam non à semetip̄is, sed ab hoc Excelsō possi-  
dunt, utpote qui Magistratus autoritate, vel eminentia potest  
armare, & eadem spoliare, prout ipsi placet, quia Reges Ipse re-  
movet, & constituit, Dan. II. 21. (3) ratione potentiae, quia DEUS  
armat Reges & Principes potentia, præ cunctis aliis, sine qua  
neutriq; alios omnes imperio suo subjecere possent, sicut Da-  
niel inquit Nabuchodonosori c. II. 37. Tu Rex Regum es, & Deus  
celi regnum & fortitudinem, & imperium & gloriam tibi dedit.  
(4) ratione convenientiae, quia filii competit magna cum Pa-  
rentibus convenientia, sic etiam non obscura datur iuxta DEUM  
& Ma-

& Magistratum analogia: sicut enim DEUS regimen suum administrat in cælis, sic idem regimen per suos Vicarios, & Plenipotentiarios hic in terris administrare solet, qua de causa vocantur *Ministri DEI* Rom. XIII. 4. ut opere Ihsus Christus datur, vid. v. 158, Seines Reichs Ampliute.

10. Post Onomatologian accedimus ad Pragmatologian, & ex Oraculo nostro notamus ante omnia Politici Magistratus, vel Terrestrium Elohim, Existentiam, quæ confirmatur (1) Ex Oraculo nostri Verbi, & quidem variis argumentis (a) ex divino alloquio: Ego dixi, nim. ad Vos: Ad quos DEUS loquitur, illi citra dubium existunt: quia tantum Existentium datur aliquid: non existentium nullum datur alloquium. (b) Ex verbo substantivo: Vos estis: ab ipso DEO dicuntur *Esse*, DEUS autem est ipsa veritas. (c) Ex ipso subiecto, Vos: nam de quo, tanquam subiecto, realia prædicantur, illud ut realiter existat, necessum est: at de hoc subiecto varia realia, cum primis realis existentia, sicut & alia prædicantur: Ergo realiter ut existat, necessum est. (d) ex præclaro, eoz, gemino elogio, quia dicuntur & Elohim, & filii Excelsi, quod utrumque, latius præclarum elo-gium, realem existentiam multis modis confirmatum reddit. (2) Ex oraculi antecedentibus, tum quia Deus stat in synagoga Deorum v. i. Juxta Vulgat. dum Rex Regum est, & Dominus dominantium: verbum in Hebr. non est Elohim, sed El, quod rectius, DEI, quam Deorum esse dicitur, hinc B. Luth. reddidit, Gott steht in der Gemeine Gottes: tum quia DEUS in medio Deorum, vel Magistratum, judicare dicitur v. i. tum quia iniqvitatem judicare, & impiorum facies sumere perhibentur v. 2. tum quia varia præcepta divinitus eisdem præscribuntur, & imponuntur v. 3. & 4. tum quia mox alia, cum primis mala, tribuuntur ipsis adjuncta v. 5. (3) Ex consequentibus, tum quia communis hominum interitus ipsis prædictitur v. 7. tum quia subi- taneus & atrocissimus Tyrannorum casus ipsis infligitur ibid. tum quia divinum dominum, Surge DEUS, nim adversus ini- quos Regentes ac Dominos, divinum judicium, judica terram, cum Magistratus recte judicare nolint, divinum peculium, cum ipse DEUS sit hereditarium Dominum inter omnes gentes, iisdem opponitur. v. 8.

ii. Ubi



11. Ubi tamen observandum, quod DEUS neutquam saltem Existentiam de facto respiciat, quæ communiter Anabaptistarum, & aliorum Fanaticorum est opinio, sicut B. Luther. Comm. super hunc Psalmum ad v. 1. jam suo tempore notavit: sic enim scribit ad v. 1. Fatetur satis clare, ipsos Magistratus esse DEOS: satis cavit hic Spiritus S. ne seditionem & ipsum clamitent illi Heroes. Tribuit hi potestati, & Magistratus prolixe suum honorem, non adimit ei reverentiam debitam, quemadmodum quidam Hæretici & Fanatici faciunt. Sed clarum ponit discrimen inter Regnum DEL, & Regnum mundi. Ipsos quidem Magistratus patiunt esse DEOS super homines, sed non super ipsum DELIM, q. d. Non inferior, Dei quidem est super populum, & reliquos omnes, sed non super omnium Dominum, & DEUIM. Nam DEUS, qui vos DEOS constituit, procul dubio se vult exemptum, nec suam divinitatem aeternam vestram temporaria divinitati subjectam. Neque sic vos constituit Deos & Magistratus, ut ipse Deus desivat: sed ipse esse. & haberi vult summus DEUS, & Iohannes Altissimus Iudex, & Dominus super omnes Deos. Sed potius hic de jure, vel ex rei veritate Magistratus Existentiam Regius Psaltes demonstrat, quod præter argumenta, jam laudata, gloria tua elogia, tum officia, tum privilegia, cum aliis confirmant.

12. Ab Existentia digredimur ad Essentiam, quæ non aliunde rectius, quam ex causis cognoscitur. Nos etiam h. l. Canjarum Theorian de Terrescribus Ditis scrutabimur. Causa Efficientis primum notatur, Ego dixi: Causa materialis mox additur, Vos: post causa formalis subjicitur, Estis Elohim: deniq; causa finalis subjugavit, & filii Excelsti vos omnes. De singulis nunc ordine, juxta præsens Oraculum agendum.

13. Causa Efficientis alia prima producitur, alia media. Prima nobis exhibetur sub pronomine Ego, Hebr. אָנֹ, quod נָאֵן dicitur (1) εὐφαντίον, nam, cum emphasi quasi, DEUS hoc eloquitur, & Magistratibus proponere dicitur, אָנֹרְתִּי nisi talis emphasis peculiariter attenderetur, & annotaretur: nisi DEUS hic emphasis indicare voluisse, pronomine certe, peculiariter expresso, non opus fuisset, cum in ipso verbo prima perso-

me, Duxi, latuisset. (2) εξοχικόν, quia καὶ εξοχὴν hoc Ego  
notat ipsum DEUM, sicut ex antecedentibus, ipsis verbis, & con-  
sequentibus apparet: nam v. i. tum Elohim, tum El dicitur, &  
ibidem, ut & in seqq. versiculis, divinis prædicatis describitur,  
qui hic tanquam Ego loquitur: in ipsis verbis tanquam Elion  
vel Altissimus, & Autor Deorum terrestrium, vel Magistra-  
tum, introducitur, quinon est alius, quam ipse summus DEUS:  
in sequentibus, tanquam Dominus mortis, & ulti Tyrannorum  
v. 7. tanquam Elohim fortis, hereditarius, & Dominus omnium  
gentium, & judex universae terre, depingitur, qui solus est Deus.  
Hic enim καὶ εξοχὴν γένεται, καὶ εξοχὴν πάντας, καὶ εξοχὴν  
νόμου, sicut è sacris literis Philologi notant, dum hæc ipsa prono-  
mina personalia, καὶ εξοχὴν sumta, communiter inter Nomina  
DEO Propria numerant, cum nulla creatura principaliter sit  
Ego, Tu, vel Ille, sed hoc soli Deo competit, ut pote qui dicitur  
επωλῶς, & simpliciter Ego; qui καὶ αὐτὸς, vel ἡσε, vel in se,  
vel per se, vel propter se tantum Ego; qui πρηγαίος & originali-  
ter Ego; qui principaliter, vel αὐτοκρατορικῶς Ego; qui sem-  
per & indesinenter, δίδις Ego; qui pariter οὐταβλήτως, vel  
immutabiliter Ego &c: Hominum Ego caducum & fragile,  
transitorium & infirmum: sed divinum Ego potissimum, effica-  
cissimum, & eminentissimum. (3) δεκτικόν, quia dixi quasi  
notat veram, certam, eamque convenientissimam Magistratus  
Causam. (4) Διπλούτικόν, quia demonstrative cunctis Ma-  
gistratibus indigitat, à quo suam vel autoritatem, vel potestatatem  
habeant, & ad quem in omni publicarum rerum administrata-  
tione semper respicere debeant, nim. ad unicum hunc Ego, ve-  
rum Deum.

14. Est autem Deus Primaria causa Magistratus. (1) θεώ-  
ρος, juxta praesens Oraculum, (a) quia hoc Ego potissimum emi-  
nenter & causaliter, consequenter etiam essentialiter accipitur: (b)  
quia nomen immediate præcedens, & DEO conveniens, El di-  
citur v. i. quod in singulari positum absolute, substantive, sine  
conditione vel imminente, vel alienante, de solo DEO vero, tan-  
quam proprium ejus nomen, adhibetur, & citra dubium ad effen-  
tiam respicit. (c) quia Elohim v. i. & g. adhibitum, ad extra-  
tendit;



tendit, & sic ipsam essentiam concernit. (d) quia tō dicere h. I.  
quoque divinam essentiam, tanquam fontem, respicit, & ad cre-  
aturas, vel Magistratus, extra D E U M procedit. (e) quia dicitur  
*Eljon*, vel *Altissimus*, quod attributum citra dubium essentiale,  
quam ob causam ipsam essentiam vel presupponit, vel includit,  
& alia plurima luculenter satis idem evincunt, qvæ tamen im-  
præsentiarum adducere nolumus.

15. Hoc tamen omittere non debemus, quod idem ostendit  
Essentialia, quæ potissimum hic in DEO notantur, attri-  
buta. Nam tribuitur *Autori Magistratus* (1) *Essentialis trāp-*  
*ēnīa*, *Ego dixi*, quia semper omnibus omnia dicere, vel etiam  
instar legis quælibet præscribere, sive præcipere potest. Sum-  
mus enim *Orator & Legislator* est, à quo leges ferendi potesta-  
tem Magistratus omnes consequuntur. (2) *Essentialis Eminen-*  
*tia*, quia vocatur *Eljon*, *Altissimus*, non per altitudinis, vel cel-  
stitudinis communicationem, sed per essentialē ac propriam ejus  
possessionem. (3) *Essentialis potentia*, quia vocatur *El*, propter ro-  
bur, fortitudinem, & potentiam, quam non per causalem dæmo-  
nū potest, sed per essentialē virtutem ab æterno posidet.  
(4) *Essentialis reverentia*, quia vocatur *Elohim* v. i. secundum  
potiores *Philologos modernos*, à radice *Hebreis inusitata*, sed in  
*Arabum cognata lingua nunc adhuc usitata*, נָהָר servire, cole-  
re, adorare, quasi nomen *Elohim* nihil aliud significet, quam  
Numen reverenter colendū, cui magna veneratio servendum,  
quod omnibus adorandum, quod unice venerandum, cum hæc  
reverentia, vel adorabilitas, DEO non sit accidentalis, sed essen-  
tialis, non temporaria, sed perpetua. (5) *Essentialis, seu funda-*  
*mentalis*, vel etiam *universalis obedientia*, cui debent omnes, u-  
bique locorum, & semper obedire, cum sit *Hereditarius Domi-*  
*nus omnium gentium*, du bist Erb-Herr über alle Heiden v. g.  
dicit B. *Lutherus*, cuius dicto sunt, & esse debent obedientes o-  
mnes, & *Summi Magistratus*: *Ego dixi: Vos estis Elohim*, *et*  
*fili Altissimi &c*: (6) *Essentialis & universalis iustitia*, quia ju-  
dex est universæ terre, sicut etiam index universæ carnis Abr-  
hamo dicitur Gen. XLIX. 25. *Et h. l. v. 8. terram omnem judicare*,  
vel etiam v. i. *judicium in medio Deorum*, *h.e. summorum Magi-*



ffratuum, vel *Suprēmorum judicūm*, exercere perhibetur. Hæc certe sunt potiora *Magistratūm privilegia*, nimirum *principalis parrhesia*, cum primis *Legislatoria*, *principalis Eminentia*, *principalis potentia*, *principalis reverentia*, *principalis obedientia*, *principalis iustitia*, quæ sicut in *Regibus & Magistratibus* accidentaliter, sic in *Autore principalis* longe firmius, & essentialiter reperiuntur, & sic *principalis Causalitas* *Magistratus ipsam divinam efficiam*, & *Axiomata essentialia respicit*.

16. (II) *υτωσ ατινος*, vel personaliter, quod non obscure vox *Elohim*, quæ solet alias personas S. S. *Trinitatis* indicare, nobis ostendit, utpote quæbis adhibetur nimirum v. 1. *Elohim*, Deus stetit in *Synagoga Deorum*: & v. 8. *Elohim*, Deus surgens, iudica terram, quoniam in hereditabili, vel, juxta B. Lutherum, hereditarius es in omnibus gentibus: prior non inconvenienter ad Deum Patrem peculiariter accommodatur, qui (a) tanquam Pater jam stare, (b) & quidem in *Synagoga Dei*, nimirum *Filiū*, qui sibi colligit *Synagogam*, stare perhibetur: (c) qui patriter in regno potentie, vel etiam juxta regnum potentie, tanquam *Creator*, *Conservator*, & *Gubernator*, in medio *Deorum*, vel *Magistratūm*, judicare dicitur v. 1. (d) qui tanquam *iustus & iuratus* *index*, *vitia Magnatum* vel notare, vel accusare, vel examinare, vel condemnare deprehenditur: (e) qui, tanquam summus *legislator*, *Magistratibus* præcepta dare, & ad observandum obligare solet v. 3. 4. (f) qui, tanquam *Pater*, *pauperes*, *orphanos*, *viduas*, *egenos &c;* curare, tutelamq; talium portare con-suevit v. 3. 4. (g) qui, tanquam *Pater*, immorigeros filios obligare, doctrinæ, disciplinæq; neglectum manifestare, ignorantiam, incuriam, minus rectam & tenebriscomam viam liberis revelare constituit v. 5. (h) qui tanquam *Dicens Gen. I. 3.* & alibi passim introducitur, sicut v. 6. (i) qui tanquam *Altissimus* *Luc. I. 35.* & alibi notatur, ut h. l. v. 6. (k) qui tanquam *executor*, & *moris judicialis* *Autor*, ac *tyrannorum ultor* v. 7. allegatur.

17. Posterior *Elohim* ad *Filiū* non inconvenienter refertur v. 8. tam quia *Filius* est *Deus surgens* v. 8. Conf. *Psal. LXVIII. 1.* ubi præter *Elohim surgens* appellatur, & *Num. X. 35.*

*Iebov 8*



Jehova surgens dicitur: surgit enim tanquam **Vir bellator** adver-  
sus hostes Exod. XV. 5. tanquam **judex** & **censor** aduersus males  
Psal. VII. 7. tanquam **ultor** contra tyrannos, utch. I. v. 7. 8. Da-  
vid indicat: **rum** quia **Filius** est **judex** **terre** v. 8. **judex** **universae**  
**earnis** Gen. XLIX. 25. qui **judicat** **terram**, & reddit retributio-  
nem superbris Psal. XCIV. 2. **judex** **omnium** Heb. XII. 23. **vivorum**  
& **mortuorum** Act. X. 42. **judex** **judicium**, qui **terram** **judicane**  
Psal. II. 10. **tum** quia **Filius** **hereditarius** **omnium** **gentium** v. 8.  
de quo cælestis Pater ipse testatus est, sicut **Filius** Psal. II. 7. re-  
fert: Dominus dixit ad me: **Filius** **meus** es **tu**, Ego hodie genni-  
ee: postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & posse-  
sionem tuam terminos terre: reges eos in **virga** **terrea**, & tanquam  
vas **figuli** confringes eos: & nunc Reges intelligite, eruditimi, quæ  
judicatis terram &c: Plura pariter è præcedentibus indicia no-  
tare possemus, quia **Filius** à **Patre** non excluditur, sed in exter-  
norum respectuum, vel actuum, contubernium non tam admitti-  
tur, quam idem cum Patre simpliciter esse dicitur, cum primis  
quoad hoc ipsum **Oraculum**, à Christo, tanquam infallibili vel  
teste, vel interprete citatum Job. X. Nam cum Christus **Judeis**  
dixisset: v. 3. Ego & Pater unum sumus; & **Judei** lapides fu-  
stulissent, ut eum lapidarent: ipse v. quævisisset ex eis: **Multa**  
**bona** **opera** ostendi vobis ex Patre meo, propter quod eorum opus me  
lapidatis? **Judei** verò respondissent v. 33. De bono opere non la-  
pidamini, sed de blasphemia: & quia tu, homo cum sis, facis te-  
ipsum Deum: hinc Christus illum **Apologian** ex **Oraculo** no-  
stro contra **Judaos** suscepit, suamque causam invictè defendit  
v. 34. Nonne scriptum est in lege vestra: Quia Ego dixi, Dis es sis?  
Si illos dixit Deus, ad quos sermo Dei factus est, & non potest sol-  
vi scriptura: qui m Pater sanctificavit, & misit in mundum, hoc  
dicitur. quia blasphemas, quia dixi, Filius Dei sum: si non facio  
opera Patri mei, nolite credere mihi: si autem facio, et si mihi non  
valuit credere, operibus credite, ut cognoscatis & creditis, quia  
Pater in me est, & Ego in Patre. Quæ gravis **Apologia** tantæ  
fuit evidentiæ, tantæ fuit efficaciæ, tantæ fuit victoriæ, tum tem-  
poris, ut ne quidem ullum verbum Christo respondere potu-  
erint.

18. Et



18. Et certe Filius Dei principalis Autor Magistratum omnino, sicut non ex hoc Psalmo tantum vide se licet, sed etiam ex aliis locis scripture, tum quia Filius est substantialis Patris sapientia: jam Magistratus constitutio Dei sapienti simum institutum est; tum quia sapientia Patris Prov. 11 X. 15. testatur: Per me Reges regnare, & Legum Conditores justa decernunt: Per Me Principes imperant, & potentes decernunt iustitiam. Hoc officium (Regum, Legislatorum, Principum, Judicium,) Sapientia juxta B. Geier, super h. l. dicit Regibus &c: competere Per Se: **¶** Per Me Reges &c: (ubi nota particulariter **¶** valere Per, causamq; designare PRINCIPALEM, cetero Psal. XVIII. 30. **¶** per Te, vel Tua opera, transcurro turmam: sic Psal. LX. 14. XLIV. 6. Prov. IX. II. &c:) b.e. non solum (1) Per meam apud Patrem intercessionem ac meritum, hominibus hoc singulare Regiminis Politici beneficium impetravi, quippe extra Christum nulla plane homini peccatori possunt obtингere sive spiritualia, sive corporalia bona, quale tamen citra dubium iustitia administratio per Magistratum: sed & (2) Per me, cetero Regem Regum, & Dominum Dominantium Apoo. I. 5. XVII. 14. hujusmodi regna ac dominia in terris constituantur, ita ut Per Me, cetero ipsum verum Deum, definitae sint iugos etiatis nationumq; dicitur Act. XVI. 26. & una cum his finibus etiam Imperia, istos fines constituentia, ac inibi conclusa. (3) Per Me etiam Personae, Regnis illis praefecte, vel dantur, vel deponuntur: Dens quippe Reges auferat, & reges constituit Dan. II. 21. Ipse, cetero Al- lissemus in regnis hominum, cui voluerit, dat illa c. IV. 29. v.g. Ne- bucadnezzari dat omnes terras, omnesq; gentes, ut serviant ipsi. Fe- rem. XXVII. 5. 6. (4) Per Medias Reges conservantur, suoque praesse possunt officio, quos alias Sarana furor facile deturbaret, cetero peculiari est id patet e Sagorum Confessionibus, que Magi- stratus, ut ut nervos intendant omnes, nocere tamen se non posse, fatentur crebrius. (5) Per Me etiam Reges, Dominum, ceteris, legitimis ad regnandum requisitis instruuntur, ita ut etiam mea opera nemo imperet prudenter: Per Me namq; accipiunt sapi- entiam a sagacitatem ad discernendum salutaria a noxiis, iusta ab injustis, aqua ab iniquis, certa a dubiis &c; Per Me, meamque opem.



opem leges recte condunt, conditas prudenter exsequuntur: per  
Me habent bona consilia, intelligentiam, robur atque fortitudi-  
nem ex v. 14. Lege etiam Num. XI. 16. Dan. II. 21. Deniq<sup>e</sup> (6)  
Per Me etiam habent, non tantum, quod regant, non tantum quod  
prudenter regant, sed & quod feliciter regant, habentes, tum tem-  
pore pacis felicitatem, tum tempore bellii victorias &c: Psal. 8 IIX.  
35. seqq. inquit habentes per Me ubi vis Majestatem atq<sup>e</sup> gloriam, ita  
ut magnificant apud subditos & exterios, inferiores & aquales Conf.  
Job. XII. 21. Psal. CVII. 40. meo quippe loco mandant, premiant,  
puniunt, vitag, ipsa privant Deut. I. 17. II. Paral. XIX. 6. Rom.  
XIII. 2. 14. Hac ille. Nec illustrius dari posset testimonium  
de Filio DEI, quod sit Magistratum causa Principalis. Tum  
quia præterea Sapientia, seu Filius DEI, dicit v. 14. Meum est  
consilium & equitas, mea est prudensia, mea est fortitudo (cum  
ipse n*as* ἐγών sit Patrix æterni consiliarius Esa. IX. 6.) sed  
hæc potiora sunt Magistratus axiomata, vel Privilegia, quæ  
non aliunde principaliter, quam a Filio DEI dependent, ea ab  
Eodem, tanquam Principali, Magistratibus omnibus contin-  
gunt. Tum quia sapientia, seu DEI Filius inquit v. 18. Mecum  
sunt divisio & gloria, opes, fortitudo & justitia: jam autem hæc  
potiora fulera sunt Magistratus, cum absq<sup>ue</sup> his Magistratibus  
nec consistere, nec diu subsistere, nec feliciter regere possint:  
tum quia Christus dicitur Princeps Regum terra Apoc. I. 5. tum  
quia Rex est Regam, & Dominus Dominantium Apoc. XVII. 14.

19. Neque Spiritus Sanctus hic excluditur, tum quia  
Spiritus Elohim Gen. I. 2. adeoque Spiritus & Patrix Matt. X. 20.  
& Fili Gal. IV. 5. tum quia est Spiritus sapientia & intellectus,  
Spiritus consilii & fortitudinis, Spiritus Scientia & timoris Do-  
mini Esa. XI. 2. quæ sunt Magistratus boni principia, media, &  
excellētia; tum quia Spiritus est iudicis Esa. IV. 4. tum quia Spi-  
ritus Sanctus LXXII. seniores, ad imperandum instruendos, vel  
armasse, vel ornasse dicitur Num. XI. 17. Nam cum Moses gravis-  
simum Regiminis onus amplius sustinere solus non posset,  
Deumque vehementer obsecraret, ut alios in subsidium, & re-  
giminis consortium exornaret, Dixit Dominus ad Mosen:  
Congrega mihi septuaginta Viros de senibus Populi Israel, quos

tu nosti, quod senes populi sint ac Magistri, & ducet eos ad ostium  
Tabernaculifederis, faciesque ibi stare tecum, ut descendam, & lo-  
quar tibi, & auferam de SPIRITU TVO, tradamque eis, ut susten-  
tent tecum onus populi, & non solus graveris. Sic v. 25. executio  
describitur: Descendit Dominus per nubem, & locutus est ad Mo-  
ses, auferens de Spiritu, qui erat in Mose, & datus Sepraginta  
Viris: eumque requieuerisset in eis Spiritus, prophetaverunt, nec cul-  
tra cessaverunt: remanserunt autem in castris duo Viri, quorum  
unus vocabatur Eldad, & alter Medad, super quo requievit Spi-  
ritus: nam & ipsi descripsi fuerant, & non exterrant ad Taberna-  
culum: cumque prophetarent in castris, excurrit puer, & nuncia-  
vit Moysi dicens: Eldad & Medad prophetant in castris: Statim  
Iosue, filius Nun, minister Moysi, & electus est pluribus ait: Domi-  
nus mihi Moses, prohibe eos: At ille, quid, inquit, amularis prome-  
nitnam omnium populum prophetet, & det eis Dominus Spiritum  
suum. Tum quia tam iudices, quam Reges ad Magistratus  
publicum munus vel suscipiendum, vel exercendum, a Spiritu  
Sancto misi, vel impulsi, vel instructi fuerunt, sicut passim le-  
gitur. Tum quia Spiritus Sanctus Spiritus principalis appellatur  
Psal. Ll. 13. Tum quia Spiritus S. praefens hoc Oraculum  
Davidis dictavit, & alia principialis causalitatis documenta fe-  
re per omnes versiculos demonstravit, quae tamen modo col-  
ligere nolumus.

20. A causa Primaria digredimur ad Medianas, quae di-  
citur *Dictum*, seu *Verbum*, Ego dixi. Hoc autem verbum non  
est humanum, sed divinum, non transitorium, sed perpetuum,  
non temporarium, sed aeternum, non otiosum, sed negotiosum, non  
tam orale, quam reale, non elocutionis, sed operationis, non ver-  
bale, sed causale, non expressivum, sed effectivum, non humana  
pronunciationis, sed divinae constitutionis, vel ordinationis, non  
intimationis, sed institutionis &c:

21. Et certe per hoc *Dictum* non obscurius respectus ha-  
betur (1) ad *Verbum substantiale*, vel *Hypostaticum*, à priori:  
nam Dicens est Pater, Αρχη, seu *Verbum*, est Filius, dum à Pa-  
tre tanquam λόγος & *Orator* loquitur, & arcana statuta divi-  
nae voluntatis sapienter eloquitur, idque colligitur tum ē condi-



tionē Dicentis, qui Pater est Elohim, prout th. 16. luculenter est declaratum: inter Patrem autem Dicentem, & Filium Dicentem, seu Verbum, perpetua relatio, necessaria & indissolubilis cognatio, sicut B. Luther. Comm. in cap. 1. Genes. luculenter ostendit: *tum è conditione radicis*, quia Psaltes hic non radicem רָבֶר, sed אֲמֵר adhibere voluit: nam ut quidam observant inter אֲמֵר & רָבֶר apud Hebreos est differentia: nos utrumque reddimus per Verbum, sed apud Hebreos talis differentia deprehenditur, quod אֲמֵר notet verbum prolatum, sed רָבֶר etiam rem significet. Nam quando prophetæ dicunt: *Hoc est Verbum Domini, voce רָבֶר*, non אֲמֵר utuntur, cum verba, vel predicationes Prophetarum etiam rem ipsam vel secum habuerint, vel post se traxerint: Hoc contra Novos Arianos à non nullis observatur, qui sicut imperitis Hebreos linguae faciunt, Verbum apud Moysen significare rem creatam, & hoc modo Christianum etiam dici Verbum, cum tamen Moses voce non רָבֶר, sed אֲמֵר utatur, quæ simpliciter & propriè significat Verbum prolatum, ut sit Verbum quiddam distinctum ab Eo, qui dicit, sicut inter Dicentem, & id, quod dicitur, manifesta distinctio reperitur. Sic etiam h. l. non incommodè dici posset, quod Spiritus S. magis voce אֲמֵר, quam רָבֶר uti voluerit, ut Elohim Dicentem, & Elohim Verbum respiceret, cum primis quia Pater per Filium Magistratus ordinat, & in officiis, atque privilegiis suis confirmat: *tum è conditione Dictionis*; nam praesens Dicitio non tam externa, (cum nupsiam hoc Oraculum in V. T. dictum legatur, vel deprehendatur, quod omnino necessarium foret, si praesens Oraculum relativum esset, aut derivatum, & ad locum aliquem primitivum, ubi dictum id esset, respiceret,) quam interna, non tam oralis, quam mentalis, non tam eloquit, quam decreti, quia sua sapientia Deus constituit, ut Magistratus essent Elohim, & Altissimi Filii: jam autem interna Dei decreta sunt, & ab æterno facta sunt per substantiam Patris sapientiam, quæ dicitur esse Dei Filius Prov. II. X. 1. seqq., *tum è conditione relationis*, quia huc dicitio referatur ad nos homines, in primis autem ad Magistratus: jam autem omnis relatio Patris ad nos homines fundamentaliter sit in Christo Mediatore, cum unius sit Mediator

*diator D E I & Hominum 1. Tim. II. 5. neque post lapsum ulla bona nobis destinantur, ordinantur, donantur, & applicantur nobis Hominibus, nisi per hunc Mediatorem, in quo reconciliata, vel renovata sunt omnia, quæ sunt in cælis & in terra Col. I. 20. tum è conditione repetitionis, quia locum hunc classicum Christus tantificavit, ut eum in N. T. verbis expressis allegatur, suam inde Deitatem confirmare, hostesque veritatis ex eodem confutare voluerit Job. X. 34. prout th. 17. notatum. (2) Ad Verbum Mentalis, vel decretivum, à formalis: DEUS enim propri loquendo nec os habet, nec oris verba profert. sed à ipso portatæ talia DEO tribuantur, & hec pœtæ à nobis intelliguntur: & quia DEI preteritum non est temporarium, sed eternum, ideo citra dubium ad eternum divina voluntatis decretum respectus habetur, quo DEUS apud se constituit, ut inter homines ordines certi forent, & Magistratus inter reliquos, natura sibi non inæquales, DEI nomen & omen, DEI vicem & vocem, DEI munus & onus gererent, & divinæ Majestatis ideam quandam præ se ferrent, ejus partes quadam tenuis expedirent, & honorem divinum posiderent. Et dum nec locus observari, neque tempus allegari potest, ubi, vel quando DEUS hæc dixerit, & Magistratus autoritatem, potestatem, atque dignitatem sic ordinari, vel confirmari, nec uspiam hæc in sacris literis verba, vel apud Misen, vel in reliquis libris authenticis reperiantur, inde facile patet, quod Deus hic magis ad voluntatis decretum, quam ad oris dictum, magis ad internum mentis statutum, quam ad exterrnum dictioñis pronunciatum respiciat, & sic etiam DEI λόγος ἐνδιάλεκτος h. l. non excluditur. Sicigitur hoc firmissimum est DEI decretum, à nullo vel Angelo, vel homine, mutandum, quod Magistratus inter homines Elohim, & vocari, & esse, talesque se gerere, debeant. (3) Ad Verbum orale, vel pronunciacionum: licet enim alibi non legatur hoc emphaticum Oraculum, tamen hic apud Regium Psalmum allegatum, & nobis, ac universis aliis lectoribus annotatum deprehenditur; Ego dixi: quid autem dixit DEUS: Ipsa verba, sive dicta, sive prolatæ, sive revelata, recitantur ordine, narrantur historice, notantur publicè; *Vos estis Elohim, & filii Altissimi:* quia ratione sicut aliorum doctrina-*



Etinalium Theologiae Capitum Verbum DEI medium est, sic etiam omnis de Magistratu doctrina medium h. l. constituitur. Nam hoc DEI Verbum est (a) Medium principium, ex quo tantum originaliter doctrina de Magistratu deducitur, & tanquam principiatum à suo principio dependet. (b) Medium indicium, quia nobis omnis de Magistrato doctrina per DEI Verbum indicatur: (c) intermedium fundamentum, quia doctrina de Magistratu non tantum in aliis scriptura Prophetice, & Apostolica locis, sed etiam in Oraculo presenti fundatur, cum omni Theologia, & sic etiam doctrina de Magistratu fundata, vel superaedificata super fundamenta Prophetarum & Apostolorum Eph. 11. 20. (d) Medium documentum, quod nos accurate docet, & informat de cunctis ad Magistratus notitiis ac functionem pertinentibus. (e) Medium organon, vel instrumentum, quia DEUS per Verbum, tanquam per instrumentum, Magistratum instituit, constituit, & in esse suo totum absolvit; (f) Medium munimentum, quia Deus verbo suo Magistratum autorizans & potestatem adversus omnes contradicentes & contrariantes munit. (g) Medium ornamentum, quia Deus omnibus modis per Verbum suum Magistratus ornat & exornat, tum pulcherrimus elogio, atque titulis: vocantur enim Elohim h. l. Item Exod. XXII. 9. 28. Deut. X. 17. Filii Aliissimi pariter in hoc Oraculo, Angeli DEI II. Sam. XIV. 17. XI X. 11. 27. Ia<sup>xi</sup> & Nazarens T<sup>8</sup> 0<sup>8</sup>, ordo, vel Ordinatio DEI Rom. XIII. 1. 2 Ministri DEI, d. l. iurisperitai tūs Basileias 0<sup>8</sup>. Item Capi- ta, Fundamenta terra, Patres, Vertices, Montes, Annuli signares, Undi Domini, Portae, Salvatores, Medicis, Pastores &c: Vid. Dn. D. Calovii Syst. t. 8. p. 59. seq. tum pulcherrimi privilegiis, qualia sunt DEI praesentia Psal. XCII. 1. Majestatis & iudiciorum Eminentia, subditorum reverentia, obedientia &c: (4) Ad verbum reale & practicum, quia DEI dictum est factum, adeoque non est inanus sonus, sed ipsum opus, & hoc Dei verbum Magistratus, instar cause, producit, instar legis agenda præcipitatque præscribit, instar autoris instrumentalis instituit, instar materiae constituit, instar forma influit, instar norma dirigit, instar finis perficit, & omnia realiter penes Magistratum absolvit. Sic igitur

tur DEI Verbum est medium satis fundatum, satis accuratum,  
satis proportionatum, satis adæquatum.

22. Addendum & hoc est, quod hoc dicere DEI non sit  
nuda pronunciationis, sed divina vocationis, non oralis elocutionis,  
sed realis constitutionis, non verbalis prolationis, sed actualis  
ordinationis. Nam Magistratus est a DEO vocatus, sicut de  
Cyro legitur Esa. XLV. 1. seqq. Hac dicit Dominus Christo meo,  
Cyrus, cuius apprehendi dextram, ut subjiciam ante faciem ejus gen-  
tes, Et dorsum regum vertam, Et aperte coram eo jannas, Et portae  
non claudentur: Ego ante te ibo, Et gloriose terra humiliabo, por-  
tas areas conteram, Et vecches ferreas confingam, Et dabo tibi ike-  
sauros absconditos, Et areana secretorum, ut scias, quia Ego Domi-  
nus, qui VOCO NOMEN TUUM, Deus Israel, propter seruum  
meum Jacob, Et Israel, electum meum, ET VOC AVI TE IN NO-  
MINEM TUO, cognominavi te, antequam nossem me. (2) à Deo  
constitutus, atque populo praesertim, sicut Deus dicit Davidi per  
Nathanem II. Sam. VIII. 8. Haec dicit Dominus Exercitum:  
Ego tuli te de pastori sequentem greges, ut essem Dux super populum  
meum Israel. (3) à Deo ordinatus, quia non est potestas, nisi à Deo:  
qua autem sunt potestates, à Deo sunt ordinate Rom. XIII. 1. &  
v. 2. qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Sic igitur Vo-  
cationis Magistratus omnino causaliter necessaria, quæ vocatio tum  
καὶ ἡ ὁρούματι consideratur, quoad utrumque  
respectum per hoc Verbum קָרְבָּן nobis indicatur.

23. Quoad καὶ τὸν verbum hoc Vocationis importat (1)  
Vocationem veram, quia DEI dictio non fucata, sed infucata, non  
nudam vocem, sed ipsam rem importat, Et dici verum inesse ve-  
rum designat. (2) Vocationem divinam, quia Deus ipse loquitur  
in presentibus Verbis, & non aliis est, quam iphus DEI,  
Magistratus summi vocatio, cum supra se nullum habeant supe-  
riorem. (3) Vocationem immediatam, quia DEUS hic imme-  
diata loquitur, & immediate Magistratus constituere dicitur  
Vid. B. Hulsem. in Extens. Brev. p. 397. Da. D. Cabov. t. 8. syss.  
p. 594. (4) Vocationem perpetuam, quia loquitur DEUS in pre-  
senti, sed & qvipollente præsenti, adeoque non tantum olim im-  
mediate



mediate Magistratus vocavit, sed adhuc *immediate* sua vocatio-  
ne Magistratus ordinat.

24. Quoad ὀνοματαν Deus, immediata sua vel *Vocatio-*  
*ne*, vel *Constitutione*, Magistratus, certos modos, ac media non ex-  
cludit, adeoque per hoc suum ΤΗΡΩΝ talia non excludit, sed  
includit, qua tamen minime, juxta B. Hulsem. d. l. p. 401. vel  
internam formam variant, vel origini divina quicquam deroga-  
gant. Hinc quoad ὀνοματαν alia *Vocatio* dicitur *immediata*,  
quando DEUS *immediate*, & *extraordinaria*, Magistratus vocat  
ac ordinat, cuius vocacionis exempla non pauca passim in S. L.  
extant de Mose Exod. III. 10. Josiaca Num. XXVII. 18. Jos. I. 2.  
Orthoniele Judic. III. 9. Gedonec. VI. 14. Samsone XIII. 5. Saulo  
I. Sam. IX. 17. Davide XVI. 12. Sc: Alia dicitur *mediata*, quando  
DEUS per certas personas *intermedias*, adhibitis quoque *mediis*  
*externis*, Magistratus vocat & ordinat, vel etiam ipsi Magistra-  
tus ad officium ejusmodi *mediis*, pervenient. Hæc *media* vel  
sunt licita, vel illicita, seu *legitima* vel *illegitima*, *juris* & *fatti*.

25. *Media legitima* rursus unius generis non sunt, cum  
alia *pacifica* sint, alia *Bellica*. *Media pacifica* vulgo duo nu-  
merantur nim. *Electione* & *succesio*. *Electione* dicitur, quando vel  
*superiores* Magistratus *inferiores* per certam *Electiōnēm* consti-  
tuunt, sicut Pharaon Rex Josephum in *Prorege* *Egypti* totius  
elegit Gen. XL. 41. vel etiam *equales* in *Collegiis* unum ex *Col-*  
*legiis* ad certam *administrationem* eligunt: vel etiam *inferio-*  
*res* *officio* *superiorem* præficiunt. Hæc autem *Electione* modo  
fit per *vota*, vel *suffragia*, quando nim. in *deliberationibus* d.  
Magistratus *constitutione* per *votorum pluralitatem* aliquid eli-  
gitur: talia *vota* sunt vel *libera*, quando *citra respectum* *ullum*  
aliquis eligitur: vel *ad stricta*, quando nim. *Electione* vel ad certam  
*gentem*, vel ad certam *familiam*, juxta leges *fundamentales*, re-  
stringitur, quomodo DEUS *electionem Regis* apud *Judaos* ad  
*indigenas* restringebat Deut. XVII. 15. Sic etiam in *Imperio Ro-*  
*mano*, secundum *Auream Bullam*, *Electores* non *ex terrum*, sed *Ger-*  
*mano* *sanguine natum* eligere tenentur: modo fit per *sortem*,  
quando *sortilegio* novi Magistratus *Electione* committitur; huc à  
non-



nonnullis refertur *Electio Saulis*, qvod per sortem Electus dicitur: sed rectius dicitur, qvod *Saul à DEO sit immediate constitutus* c. IX. 16. 17, licet postea per sortilegium sit manifestatus c. X. 21. Successio vero dicitur, quando successor antecessori certa ratione quadam in Imperio succedit, id qvod dicitur variis fieri modis (a) per successionem γενθλιακήν, vel κληρονομίαν seu hereditariam, quando jure consanguinitatis fit successio, & hoc contingit gemina ratione, vel in linea directa, quando liberi parentibus, & nonnunquam etiam Parentes liberis succedunt, qualis successio fuit inter *Judeos* post *Salomonis* tempora, & hodie in plerisq; *Regnis* & *Principatibus* conspicitur: vel in linea indirecta, quando fratres fratribus, consanguinei consanguineis lucebunt, sicut tempore *Babylonicae* captivitatis, & ante, & post accidit, ubi Dominium à Família *Salomonis* ad Familiam *Nabonidis* est translatum. (b) per successionem γαμηλικήν, vel *Conjugalem*, quando *Rex*, vel *Dominus*, per connubium ad Imperii factas adscendit, qvod stratagema *Filius Davidis* intendebat, *Adonias*, qui sibi conjugem *Abisag* polcebat I. Reg. II. hinc *Salomon* Matri dicit: *Quare postulas Abisag Sanamitidem Adonias*, postula ei & *Regnum*. (c) per successionem δοτικήν, vel *donatariam*, quando quis titulo donationis, qvæ fieri solet inter vivos, ad *Regnum* evenhit, sicut Regi *Gallie* sub hac condizione donatus est *Delphinatus* ab *Umberto* Principe, ut primogenitus semper *Delphing* appellaretur. (d) per successionem dialetikā, h.e. *Testamentariam*, quando *Princeps*, qui plenum per successionem disponendi jus de regno possidet, & alium, non primogenitū, regno præficit, quod & inter filios *Davidis* accidit, I. Reg. I. 33. ubi, præ senioribus Filiis, *Salomon* hæres Regni constitutus, & inter alios fieri consuevit. (e) per successionem συναρχικήν, vel *Collegialem*, quo pacto *Romani Imperatores*, & Filios, & alios, in societatem Regni cooptarunt, & adhuc hodie nonnunquam, adhuc *Imperatore vivo*, *Romanorum Rex* eidem adjungitur. Accedimus breviter etiam ad *mēdia Bellica*, quando quis jure belli, nimirum, iustis, vel legitimis, regnum aliquod occupat, cum juris sit naturalis, ut quocunq; bello captum & superatum, in potestatem victoris transeat, ejusq; dominio subjiciatur, quemadmodum



dum hoc urget *Jephtha contra Regem Filiorum Ammon* *Judic. XI.*  
21. 23. 26. *Vid. Deut. XX. 10. seq.* Et ipsius DEI consilio, præceptoq;  
terram *Canaan Israelite jure belli Cananeis*, & aliis populis cri-  
puerunt, & ex divina donatione in possessionem sibi tribuerunt.  
Præter media legitima dantur etiam illegitima, qvæ neutiquam à  
priori sunt ad Deum referenda, tantum ad divinam permissionem  
à posteriori referenda, qvæ rursus sunt gemina, nimirum leonina, per  
manifestam violentiam, quo referunt exemplum *Nimrodi*, fortis  
venatoris coram Domino *Gen. X. 8. Abimelechi* *Judic. IX. 5. Abba-*  
*lia, Regina Jude II. Reg. II. 1. seqq. &c.*: Et *vulpina*, per dolosame  
fraudulentiam, qvando quis variis artibus, dolisq;, non adver-  
tentib⁹, vell imperantibus, vel subdit⁹, regnum invadit, qvales ar-  
tes degener filii *Ab solon* adhibebat, regnoq; Patrem Optimum  
*Davidem* ejiciebat *II. Sam. XV. 2. seq.*

22. Neq; *Ministerialis Causa* doctrinæ de Magistratu negli-  
gitur, cum qvia *David* *Geôrgeus*, & ipse *Rex propheticus*, atq; *pro-*  
*pheta Regius*, nobis hunc *Psaltraum* annotavit, & ex inspiratione  
divina præsens *Oraculum* posteritati consecravit; tum qvia reli-  
qui viri *Geôrgeus*, partim in *V. T. prophecia*, partim in *N. T.*  
*Apostoli* fecerunt idem; tum qvia Doctores alii talem orthodo-  
xam doctrinam ex Sacris literis explicarunt, illustrarunt, propa-  
garunt, ac omni posteritati destinarunt, & adhuc hodie per DEI  
Gratiam proponunt, ut & Magistratus ipsi de *divina voluntate*, &  
vocatione possint esse certi, subdit⁹; citra contradictionem &  
ullam tergiversationem, velint esse subjecti. Nam illud **אָמַרְתִּי**  
divinum nō semper est *immediatum*, sed ordinariè dicitur *Media-*  
*tum*, atq; per *Ecclesia Ministerios* repetendum, proponendum, expo-  
nendum, & omnibus indicendum, qvia sunt illi *Ministri DEI Col.*  
*i. precones DEi Matt. XXIX. 19. Marc. XVI. 19. os DEI Jer. XV. 19.*  
qvibus Deus utitur, & hodie, qvod vult, cora hominibus eloqui-  
tur. Neq; *Ministerialis Causa* tantum qvoad doctrinam, sed et  
iam qvoad *Rem ipsam* hic notatur, si **לְמִרְבָּד** reale verbum,  
vereq; practicam importat q. d. Ego dixi, Dixi, hoc causali facti,  
vel effecti. Sic *Ministerialis causa* certam qvandam *economiam* se-  
cundum DEI beneplacitum respicit. Non nunquam enim nullus  
titur Ministerio, sicut *Mosen* in *Ducem Israelitei populi* vocavis

D

Exod.



*Exod. III. seqq.* nonnunquam certum quoddam Ministerium adhibet, prout Iosuam per Mosen populo praefecit *Num. XXVII. 18.* Saulem per Samuelem in Regem Israelitarum unxit *I. Sam. X. ii.* Davidem etiam, repudiato Saule, per eundem Samuelem ad regnum unione regia destinavit *I. Sam. XVI. 13. &c.* Sic adhuc hodie Deus intermediiis quibusdam personis utitur, quibus Magistratus populo praeficit. Haec personae generaliter dicuntur in triplici versari differentia. Nam (1) superiores Magistratus inferiores constituant; sicut Imperatores, Reges, Principes, ordinant Provinciarum Praesides, vel Gubernatores, Vice Reges, Praefectos, Judices, etiam Belli Duces, & alios Officiales tempore Pacis & Belli. Pharaos, Rex Aegypti, Josephum Proregem dicebat, & Vicarium totius Regni constituebat *Gen. XL. 4.* Moses, tanquam Dux supremus, ex consilio Ierobronis Soceri, & suffragio DEi, viros ex omni plebe sapientes & iustos Deum, in quibus erat veritas, & qui odorent avaritiam, eligebat, & populo praeficiebat Chilarchas, Centuriones, Quinqvagenarios & Decanos *Exod. XIX. 21.* Josaphat, Rex, Judices per omnes Iudea civitates munitas constituebat *II. Par. XIX. 15.* sic tempore Christi Romanorum Imperatores suos Praesides habuerunt apud Iudaos, sicut passim videre licet. (2) Proceres, vel Optimates quoque, sive prius Imperatores, Reges & Principes eligunt, sicut legimus de Jephtha, quod Seniores, vel Optimates Gilead ipsum in populi principem adversus Ammonitas, bellum contra se gerentes, elegerunt dicentes: *Veni*, & esto Princeps noster, & pugna contra Filios Ammon *Judic. XI. 5.* Conf. I. Mac. IX. 28. 29. 30. Sic Romanorum Imperator per Electores eligitur: sic Rex Rolenorum per Electionem Regno praeficitur: sic Principes etiam Veterorum, & aliarum Rerum publicarum, & olim electi sunt, & adhuc hodie per Electionem creantur. (3) Tonus itidem populus, vel etiam maxima Pars eiusdem, olim Reges atque Principes constituir, sicut passim Historiae testantur. Nam, ut Seneca scribit, *Natura Regem commenta est.* Ipse sol inter sidera caeli regit, & astra reliqua splendore sua Majestatis instruit, eademque vel ante, vel post se ducit atque trahit. Bruta pariter id est Regia non obscura documenta produnt. Inter animalia bruta Leoni regia quaedam vel autoritas,



autoritas, vel potestas adscribitur. Totus siquidē regius est. *Animum*  
immotum ac invictum à natura possidet, nec in externa forma  
quicquam desideratur, quod præ reliquis animantibus ipsum orna-  
re posset. Exornat ipsum insigne monile jubarum, caput oculis flam-  
micantibus, instar geminarum coruscantibus exornatur, aspectus  
gravis & terribilis, vox ipsi competit penetrabilis & formidabilis,  
inceps gravis & regalis, robur in capite & pectore maximum, & co-  
muniib⁹ timendum, color auro perqvā similis, quo melior Regi con-  
venire non posset: Inter aves Aquila, Regis instar, habetur, dum  
natura caput majestate plenum, corpus vastum, & robore firmum,  
volatum summum cum aliis eidem tribuit. Grues pariter naturæ  
instinctu suum sive Regem, sive Ducem seqvuntur. Rex Apum in  
Regem vel à natura, vel à Deo formatus est, dum omnes suos subdi-  
tos, majestate, venustate, proportione, vastitate corporis, mansuetudi-  
ne pariter, & ipso colore supererat. Et illud in apibus admiratione  
dignum, quod Regibus futuris in una parte alvei Regias exstruunt  
amplas, magnificas, separatas, tuberculo eminentiores, instar arcis  
ædificant, eiq; servititia cuiusvis generis præstant, & manente Rege  
suos alveos inhabitant, migrante Rege pariter ad alia loca trans-  
migrant, ex ipsa natura monstrantes, nihil magis Reges ornare,  
vel armare, quam subditorum presentiam, frequentiā, obedientiam,  
reverentiam, beneficentiam &c: & Magistratus autoritatē atq; Maje-  
statem firmari, tum ab intra donorum, tum ab extra domorum &  
locorum magnificentia. Basilius inter serpentes Rex dicitur, & hinc  
in graca, latina, & Germanica lingua regium nomen gerit, quia  
postiores græcam imitantur, in qua Basilius vocatur. Ex quibus,  
& aliis luculenter appetit, ipsi naturæ consuetaneum, & juri  
naturæ maxime congruum esse, si Rex, vel Dux aliquis in omni  
multitudine constituantur, totiq; societati præficiatur, sicut ipse  
Cicero l. 2. de Natur. Deorum, non inconcinnus hoc annotavit in-  
quiens: *Omnem Naturam, quæ non est simplex, sed cum alio connexa,*  
*necessè est aliquid in se habere Principatum.* Nec in sacris desunt e-  
jus rei vel documenta, vel Exempla. Patriarchæ principatum ali-  
quem, & omnium consensu perqvam facilem possederunt, & tam  
suis domesticis, quam exteris, non absq; Reipubl. maximis commo-  
dit



dis praesuerunt. Nam cum Abraham Patriarcha suos 318. servos in auxilium Quinq<sup>u</sup> Regibus, imprimis autem in gratiam Loti, captivi fratriis; armasset, reliqui vicini Principes, Aner, Echol & Mambre, sua sponte statim ejus imperio se subjecerunt, & illustrè victoriam à Quatuor Regibus victoribus obtinuerunt Gen. XIV. 14. 15. 24. Hinc communibus suffragiis elogium illustre consecutus est, sicut Filii Herbi. c. XXIII. 5. encomio, vel præconio publico testantur. Audi Nos, Domine Princeps DEi es apud nos. Sic etiam nomine totius populi Iraelitici, post Mortem Mosis, Principes atq; Seniores, post DEi Denominationem, Iosuam in Duceum suum receperunt, ac verbis emphaticis eidem debitu homagium praestiterunt, ac obsequium omne promiserunt dicentes: Omnia, qva p[ro]cepisti nobis, faciemus, & qvocunq[ue] miseri, ibimus: sicut obedivimus in cunctis Mosis ita obediemus tibi, tantum sit Dominus DEus tuus tecum, sicut fuit cum Mose: qui contradixerit ori tuo, & non obedierit cunctis sermonibus qvos p[ro]ceperis ei, moriatur, tu tantum confortare, & viriliter age, Jof. I. 16. 17. 18. In ipso Rege Davide complementum ultimum ad suscipiendam plenam administrationem Regiminis, à populo qvias, fuit additum. Nam tribus vicibus in Regem David unus legitur [1] per Samuelem Prophetam in domo Patris Berleham. I. Sam. XVI. 4. 13. [2] ab Optimatibus Tribus Iude, videl. in Hebron II. Sam. II. 4. & 7. [3] ab omnibus Tribubus Irael II. Sam. V. 3. I. Paral. XI. 1.

27. Si de causis impulsis ex hoc Oraculo qvoq[ue] differere velenimus, non decaret nobis occasio. Nam quando Deus hic inquit: Ego dixi: certe non absq[ue] causis impulsis sapientissimus & prudentissimus Politici Magistratus Autor h[ab]et dixit. Sicut enim Deus nihil facit frustra, sic qvoq[ue] nihil dicit frustra. Nam hoc citra dubium dixit, & Magistratus inter homines constitvere decrevit ob multas, easq[ue] gravissimas causas impulsivas, qvarum alia respi- ciunt Deum ipsum, nam ob summam DEi benevolentiam, cum Magistratus inter homines sit amoris divini symbolum: ob summam DEi sapientiam, qvia hoc summa sapientia testimonium, quando Magistratus officium in magna populi multitudine bene constitutum atq[ue] firmatum est: ob summam DEi beneficentiam, qvod Locumententes DEi, tanquam ipsius Vicarii, beneficiorum DEi magnitudinem & multitudinem inter homines dispensarent, qvam ob cau-

sam

nam etiam Benefici nuncupantur, sicut Christus Apostolis dicit Iue.  
XXII. 25. Reges gentium dominantur, & qui potestatem habent super eos, BENEFICI vocantur: ob paternam DEI curam & providentiam, quia, tanquam providus Pater, toti humano generi paterna cura propicere, promiscuaeque multititudini, tanquam corpori civili, sed & ~~et~~ <sup>et</sup> certum caput preficere voluit &c. Alie respiciunt populum, sic Deus Magistratus reliquis ordinare voluit, tum ob extremam indigentiam, quia promiscua plebs ex summa necessitate Ductore quodam, & Directore, dicitur opus habere, ne ceterorum instar omnes vagentur, sed quilibet ad statum aliquem certum, & Reipubl. commodum, à superioribus ordinentur: tum ob partium communionis copiam, quia maximam populi multitudinem Deus pravidebat, adeoque multitudinem illam ad unum corpus revocare volebat, idque per Reges, vel Magistratus, qui sunt Anima Multitudinis, Caput, vel Cor populi, sicut dicitur vulgato versiculo: *Quid corpus sine corde? Quid est sine Principe Regnum?* Corpus Cor, Regnum Rex animare potest: tum ob ordinis elegantiam, quia multitudo non ordinata confusione laborat, Deus autem est ordinis, non confusionis, unitatis, non dissensionis Deus. I. Cor. XIV. 3. Jam in populi multitudine tantum à Magistratu pendet omnis ordo &c. Alie respiciunt ipsum Magistratum, quia Deus motus est ad potestatis supereminentis constitutionē, tum ob Magistratus excellentiam, cum in officio Magistratus maxima sit bonitatis eminentia: Deus autem omne bonum humano generi communicare voluit: tum ob Magistratus divinam analogiam, quia Magistratus his in terris DEI quendam imaginem gerit: sicut igitur Deus Creator singulos homines in individuo condidit olim ad suam imaginem, ut nim. aliqua DEI conformitas his in terris extaret, & homo per se DEI perpetuus imitator esset; sic etiam in hominum multitudine sui quendam ideam ratione Majestatis & Dominij collocare voluit, ut internum & inconspicuum DEI dominium quodantem per externam Magistratus dominat onem figuraretur. Hanc ob causam etiam h. l. vocantur Elohim, sicut scribit Venerandus Dn. D. Calovius tom. 8. p. 594. Elohim Dij, Exod. XXII. 28. Att. XXIII. 5. Psal. XXXII. 6. Psal. XXCV. 5. tum ob vocationem ad officium divinam Joh.

Job. X. 35. tum ob divinum officium, quod vice DEI fungantur in legatione, DEI iudicium administrant, II. Paral. XIX. 6. id est coram DEO: tum quod divina splendeant dignitate gloria & potestate: tum denique, quod divinas ad id instructi sunt donis Eph. IV. 16. Item Filii Excelsi: sicut enim Filii sunt imago Parentum, & Parentum personas quasi representant, plerumque pariter similitudinem eorum gerunt, & quoad animum, & quoad externum corporis statum: sic etiam Magistratus his in terris Excelsi sunt, & Excelsi DEI Filii dicuntur, cum ejus personam representent, & officium ejus divinum administrant: tum ob divinam potentiam, ut per Magistratus quasi per canales ad nos homines divina potentia derivaretur &c: Alio respiciunt reale objectum, sic impulit Deum ad Magistratus constitutendos, tum divinarum & humanarum legem existentiam, nam ut perpetuum in populo divinae pariter & humanae leges invenirent locum, ideo Magistratus, tanquam legislatores, ordinare contigit: tum ob legum custodiam, quia Magistratus debet esse legis, vel etiam uriusque tabule Decalogi custos, hinc Carolus M. gladium semper sibi strictum præferri jussit, his literis insignitum: D P C C A D C, h. e. Decem Praeceptorum Custos, Carolus A DEO Coronatus: tum ob conservandam inter homines justitiam, tum ob iudiciorum euangelia, tum ob pauperum & imbecilliorum tutelam &c: ad quas impulsivas causas etiam Psalmus noster respicit v. 2. 3. 4.

28. Nunc ab Efficiente Causa digredimur ad Causam Materialis, quæ vulgo non uno modo consideratur, & in oraculo presenti nobis unica particula tantum indicatur, Vos; sed ad distinctas materiarum relationes pro diversa consideratione non inconvenienter accommodatur. Immediate per hoc pronomen designatur Materia in qua, vel subiectum, quod personas Magistratus publicas, juxta vulgatas quæstiones Qya, Quales, Quamæ? nobis explicandas offert, quæ ratione Vos pronomen describit Personas Regentes (1) Ratione quidditatibus, Vos, hoc indicat personas Magistratus (a) non esse divinas, quoad essentiam, cum Deus non tam immediatè, quam mediatè cum hominibus in civilibus agere constituerit: (b) nec angelicas: licet enim Angeli quoque sint Principatus, Potestates, Throni, Dominationes &c. Col. I. 16. tamen ord-



ordinarium Magistratus Politici munus inter homines administrare nec possunt Angeli, nec debent; non possunt, quia civitas, vel Republica non constat ex Angelis, nec ex angelis & hominibus, sed ex solis hominibus, & visibilem conversationem exigit, quæ spiritibus angelicis, ut invisibilibus, non competit; nec debent, quia nusquam hoc Deus præcepit, vel instituit, & ordinavit. (c) sed Humanas, quod non tantum in omnibus versiculis hujus Psalmi satis evidenter innuitur, sed v. 7. disertis verbis adstruitur: *Vos si-  
cut HOMINES moriemini.* B. Lutherus in Comm. super h.l. pecu-  
liarem emphasin ex oppositione *Filiorum DEI*, vel *Elobim*, &  
*Filiorum Adam*, inquit scribens: *Quandoquidem Deo non acce-  
ptum ferunt illam divinitatem, sed ingrati sunt, quasi nihil habeant  
ex Deo, tum hic comminatur eis pena gravem, fore scilicet, ut destruantur,  
exuantur, & puniantur divinitates, & moriantur, non ut Dii,  
aut Filiæ DEI, sed ut HOMINES, ut tum in vita, tum in morte, simi-  
les sint Hominibus, qui sine Verbo DEI sunt, & pereunt. Nam Ver-  
bum DEI discriben facit inter Filios Adam, & Filios DEI.* Qui  
Verbum DEI habent, hi non tantum Homines vocantur, sed sancti  
Homines, Filii DEI, & Christiani. Qui autem sine Verbo DEI sunt,  
hi tantum Homines sunt, b. e. sub peccato, morte, sub potestate satanæ  
in captivi, plane sine DEO. Proinde ignominie, & infamie nomen  
est, in scriptum vocari Hominem, vel Filium Adam, & est horribilis  
communio super totum Ordinem Magistratum, quod hic dici-  
tur, quod impii Magistratus morientur, UT HOMINES, i. e. in eter-  
num peribunt. Sic UT est particula veritatis, identitatis, admira-  
tionis, exaggerationis, comminationis &c. quod ex substantia mate-  
ria, vel etiam ex contextu, prolixè demonstrari posset. Et certè,  
quod persona Magistratus sint homines, tum ex prima fundatione  
Gen. I. 28. tum ex solenni repetitione Gen. IX. 6. tum ex aliis scriptu-  
re locis, evidenter probare, potest in proclivi, nisi res ipsa nota sa-  
tis esset, & hac de causa Petrus nationum ab eorum Magistratum  
vocat I. Epist. II. 13. Quare vero non Angelos, sed Homines, ad offi-  
cium Magistratus Deus ordinare voluerit, ejus rei plurimas cau-  
sas introducit B.D. Christ. Matth. loc. de Magistr. c. 4. q. 1. ubi cau-  
sas



fas varias tum ex parte DEI, tum ex parte Magistratus, tum ex parte populi subjecti, longa serie producit.

29. (2) Ratione Qualitatis, sic autores Varii qualitates Magistratus varias recentent. B. Hulseman d.l. qualitates Regis ex satione, Iudais pragmatica, Deut. XVI. 14. seqq. deducit, (1) qvod debeat esse populo Prepositus, qui sit Rex super omnes constitutus. (2) Iuri gentium conformatus, qui talis sit Rex, qualem omnes per circuitum habent Nationes. (3) à DEO vel Electus, vel approbatus, vel confirmatus, quem Dominus Deus tuus elegit, cum sit ordinatio DEI Rom. XIII. 1. (4) Non barbarus, nec peregrinus, sic ex ipso regno oriundus, de numero Fratrum tuorum eliges Regem: non poteris alterius Gentis hominem Regem facere, qui non sit frater tuus, scil. ordinarie, vel à priori, vel de jure, secundum legem. (5) Non festuofus, multiplici satellito, vel eqvitatu stipatus, quibus facile nervus rerum gerendarum consumitur. (6) à regno non alienus, ut affectu majori trahatur ad alia regna: non reducat populum in Ægyptum, eqvitatu numero sublevatus, presentim cum Dominus precepit vobis, ut nequaquam amplius per eandem viam revertamini. (7) nec libidinosus, sed castitatis studiosus, cum Regem maxime castitas ornet: non habebit uxores plurimas, quae aliciant animam ejus, vel juxta textum Hebr. ne recedat cor ejus. (8) nec avarus, sed ordinariis, iisq; mediocribus redditibus contentus: nec argenti, vel argenti cumulabit immensa pondere. (9) verè pius & religiosus, quia postquam federis in solio regni sui, describet sibi Deuteronomio legi hujus in volumine, accipiens exemplar à sacerdotibus Leviticis tribus, & habebit secum, legetq; illud omnibus diebus vite sua, ut discat timere Dominum Deum suum, & custodiare verba, & ceremonias ejus, quae in lege præcepta sunt. (10) Nec superbus, vid. ratione sui, cum superbia sit proximus ad ruinam casus: nec elevetur cor ejus in superbiam. (11) neq; tyrannus, ut tyrannice cor elevetur super fratres, vel subditos suos. (12) rectus & perfectus, vereq; quadratus & immotus, semper sibi constans: ne declinet in partem dextram, vel sinistram, ut longa tempore regnet ipse, & filius ejus super Israël. Alii qualitates Magistratum ex Exod. XLIX. 21. notant, quas prolixe B.D. Christianus Matthie d.l. perseqvitur,

nos



nos de proprietatibus, & qualitatibus Magistratum ex Mose pa-  
ca, tantum q̄s ērūt̄ producimus, nim. quod Magistratus,  
juxta Ierbonis consilium, à Spiritu S. comprobatum atq; confir-  
matum, debeant esse. (a) Viri, tum etate, non pueri, tum sexu, non  
fēmina, tum iudicio, non stulti &c. (b) Viri robori, q̄vi robore  
non tantum corporis sint ornati, sed animi robore paritet armati.  
(c) Viri timentes Deum, utpote cum timor Domini sit omnis, eti-  
am civilis sapientia, vel prudentia, tum fundamentum, tum initium  
Psalms. CXL. (d) Viri sapientes, nim. debita sapientia, prudentia  
& experientia instructi. (e) Viri Veritatis, qui sint amantes veriti-  
tis, tam in verbis, quam in factis, & omnis sinceritatis atq; justitiae.  
(f) sint osores avaritiae, non dōeo dōyo, cum munera facile Ma-  
gistratus oculos excācent Sir. XX. 30. B. Hulsemannus eqvidem ob-  
servat, quod hæc sint requisita Magistratum inferiorum & sub-  
ordinatorum, & propter hos etiam apud Mosem introducta sunt,  
et alios tamen etiam ad supremum facile Magistratum ac-  
commodantur, sicut absq; difficultate cuilibet appetit.

30. (3) Ratione Q̄ vancimis. Sic loquitur Deus in oraculo  
nistro non singulariter, sed pluraliter, Vos: indicans universalita-  
tem quendam, non eqvidem indeterminatam, quasi vid. omnes Ma-  
gistratum gerere possint, siquidem hoc nec nature, nec pruden-  
tiae, nec politia, vel Republica, nec ordini, nec ipsi Magistratus mu-  
neri, vel alii consentaneum, cum nec omnes præesse, nec omnes  
regere conveniat: sed potius determinatam, cum hic, q̄voad sen-  
sum relatum & immediatum, ad impios tantum Magistratus, sicut  
antecedentia contextus, & consequentia, luculenter indicant, ser-  
mo dirigatur; q̄voad sensum absolutum & mediatum, quem in has  
tractatione potissimum intendimus, in universum ad omnes Ma-  
gistratus respectus habeatur. Et certè temporibus omnibus ho-  
rum non exigua multitudo viguit, cum unumq; voblibet Regnum  
suum requirat Regem, unusq; visq; Principatus suum Principem,  
unusq; visq; Dominatus suum Dominum, in Oligarchia domi-  
nium sit penes Optimates, in Democratis regimen funda-  
liter hæreat penes Populum, sed administrationem obtineat ab  
iis, q̄vi Populi suffragiis ad exercitium Democratici Regiminis  
sunt electi.

31. Mediatis vero proromen *Vos* respicit etiam *Materiam*  
circum quam vel *Objectum*: nam illi, qui h. l. per *Vos* notantur, &  
*Magistratus* appellantur, non circa *nihilum*, sed circa *certum ob-*  
*jectum* versantur, cum sint *persona* non *Theoretica*, sed *practica*,  
non *otiosa*, sed *operosa*, vel *negotiosa*, secundum illud: *Magis-*  
*tratus officium non est otium, sed negotiorum negotium*: *Objectum Ma-*  
*gistratus uno verbo dicitur *Respublica*, quia circa publicorum ad-*  
*ministrationem Magistratus officium occupatur*. Complectitur  
autem *Respublica* (1) *Publicas personas*, quia *Magistratus* circa *sub-*  
*ditorum*, ceu *personarum publicarum*, *gubernationem*, tanquam  
circa suū *objectum personale*, versatur. Tales equidem in ipsis ver-  
bis explicite nō allegantur, implice tamen insinuantur, dum *Elo-*  
*bim* alii subordinantur, & sub *Elion*, *Filiis Excelsi*, vel *Excelsi*, *in-*  
*feriores* alii collocantur, qui propterea, iuxta *Paulum Rom XIII. 1.*  
vocata esqueat, subordinati, subiecti, subditi, vocantur: sed in  
antecedentibus & consequentibꝫ clarius indicantur. Nam v. 7. gene-  
raliter *Homines* vocantur, quasi de *vulgo*, de *plebe*, *Magistratus*  
contradicunt, vel opposit, *Vos*, sicut *HOMINES*, moriemini: sic  
igitur *Magistratus*, ratione *parte*, sunt *Elobim*, vel *Dii terrestres*,  
ratione *natura* sunt *homines*, ratione *juris* sunt *Magnates*, ratio-  
ne *facti* sunt *Homines*, ratione *DEI* sunt *dominatores*, ratione  
*mundi* sunt *pauperum & affitorum oppressores*, ratione *vera di-*  
*gnitatio* sunt *Fili Elion*, ratione *prava voluntatis* sunt *Fili Adam*,  
ratione *officii* sunt *fundamenta terra* v. 5. ratione *maleficii* sunt  
*wocumenia terre*, ratione *divina subordinationis* sunt *Excelsi Fili*,  
ratione *tyrannica gubernationis* sunt *Dei hostes*, vel *inimici*, ratio-  
ne *status* sunt *singulares Principes*, ratione *casus*, *vulgares homi-*  
*nes*, quia sicut *tyranni* cadere dicuntur v. 7. ratione *divini muneris*  
debent esse *benefici*, ratione *tyrannici oneris* sunt *malefici*, ratione  
*subditorum defensionis* sunt *homines peculiari*, vel *eminenterioris*  
*fortis*, ratione *subditorum offensionis & oppressionis* sunt *homines*  
*communis & miserabilis mortis*, dum secundum illud *Poeta vul-*  
*gatum*: *Ad generum Cereris sine cæde & sanguine pauci Descen-*  
*dunt Reges, & siccâ morte tyranni*, quod in sacris tragicis casus  
*Pharonis, Sibon, Og, Adonibesek, Agag &c. in profanis Neronis,*

Dos.



Domicianus, Julianus, Phocas, Sardanapalus, &c aliorum, contestantur.  
Deinde specialiter non omnes, sed aliqua tantum classes in antecedentibus introducuntur, cum primis eorum, qui praecuadis  
aliis Epboria, cum tutela &c. Magistratus indigent, quales sunt (1)  
Egeni (2) pupilli (3) Humiles & abjecti (4) afflicti. Longe vero plures  
dantur Subditorum classes, de quibus alibi.

32. (2) Publicas Res, quia Magistratus circa publicas res eius communionis, tanquam circa objectum reale, dicitur occupatus. Res autem illae publice non sunt unius generis, siquidem dantur (1) Res Ecclesiasticae, quia Magistratus etiam circa sacra versatur, & externa, quae sunt Ecclesia, publico munere curat, hinc etiam uriusq; Decalogi Tabula Custos appellatur. (2) Res Politicae, quae sunt proprium & immediatum Magistratus Objectum, cum Magistratus Politicus directe circa Politicum objectum sit occupatus (3) Res economicae, circa quas etiam suo modo Magistratus curam debitam suscipit, si non immediate, tamen mediate, si non economicae, tamen politice, si non quoad administrationem, tamen quoad directionem, vel gubernationem, si non quoad curam, tamen quoad intelam, si non quoad laboris expeditionem, tamen quoad publicam defensionem &c. Neque publicas illas res Psalmus noster prouersus negligit, etiamq; disertis verbis has differentias in oraculo non adducit. Nam ad res Ecclesiasticas respicit v. 7. ubi DEUS dicitur in Synagoga DEI stare, & Magistratus ipsos judicare: Jam autem Synagoga tum res Ecclesiasticas comprehendebat; Res politicas v. 7. attendit, dum judiciorum politicorum, & publicorum mentionem facit: item v. 5. ubi Psaltes fundamenta terre producit. Et v. 8. dum judicium terra totius, & Hæreditatem omnium gentium introducit: Res economicas v. 3. & 4. respiciunt, duci Magistratus Epboriam & curam ad egenos & pupilles, ad pauperes & afflitos remittit.

33. (3) Publicas actiones, circa quas pariter, tanquam circa formale objectum Magistratus Politicus occupari prohibetur. Et variae quidem sunt actiones, circa quas Magistratus curam suscipere tenetur: Psalmus autem noster judiciales saltet, actiones introducit, & quidem alias de facto, quales in mundo communiter se-

ri solent alias de jure, quales in officio Magistratus ex intentione DEi fieri debent: de prioribus loquitur v. 2. Usquequo judicatis iniquitatem, & facies impiorum sumitis; duo commata, duo notant capitalia judicum virtus, nam virtuosam judicum non conquisitas, usquequoque judicatis iniquitatem, quibus exposuit & virtosae non conquisitas diuturnitatem, quod haec actio virtuosa sit continua, sit perpetua, nunquam interrupta, cum spiritus S. ipse nondum ullum videat finem, dicens: usquequo? Bakius notat, quod indicet haec vocula, judices iniquos obstinatos valde esse in sua malitia, eaque non recenti, sed in veterata, & ideo sic Assaphum loqui, usquequo judicatis inique, wils doch das ansehen gewinnen/ac si à judicis vestris malis nunquam discessuri essetis; grave est peccare, sed gravius sine fine peccare, & cessare nolle. Lutherus dicit, Assaphum hic respicere, ad successionem malorum judicum perpetuam, hat doch die Schelmen von anbegin der Welt gewehret/und wehret noch; judices quidem moriuntur, & illis, qui moriuntur, alii succedunt aber sie finden stracks die Schlüssel / folgen ihnen vorfahren nach das inventarium des Teuffels saget/ Et Tu perverse judica, ut ita virium istud non tollatur, sed sellæ judicum fatalier quasi sit annexum, inique judicare, donec veniat, qui Magistratus absolutus, orbemque, & judicia judicaturus est: & virtosae non conquisitas, gravidae sunt, nam inique judicare est nihil minus, quam partes legitimi judicis expedire, secundum affectus, non secundum actus judicare, sicut enim justificare, sed insontem damnare, quod utrumque gravissima coram DEo dicitur abominatio Prov. XVII. 5. titulo judicij, vel justicie, mala patrare, vel injusticie patrocinari: vel, juxta Bakium, dare pro medicina mortem, quod male esset medici, pro veritate mendacium, quod pesimi esset Theologi, pro equitate in justitiam, quod judicis esset perversissimi: & non conquisitas universalitatem, quia loquitur indefinite pluraliter, propter magnam iniquorum judicum multitudinem, propter inverterat ammalorum judiciorum confusitudinem. Alterum capital e virtute est judicialis προστατησια. Et facies peccatorum sumitis, h.e. juxta Hesbusum ad h.l. in quos graviter DEi loco animadvertere debebatis, eos excusatis, protegitis, provehitis, ornatis in ipsorum gra-

tiatis



siam judicium infletit, & eorum seclera adjuvaris. Si quis mundi Imperia adspicit, & singulas examinet Politias, non aliam gubernationis formam inveniet, Nimis enim vera sunt querelæ. Dat veniam corporis, vexat censura columbas : Et jura, pudor, & conjugii sacrata fides fugiunt Aulas. Item Sanctorum pietas, fides, privata bona significant, quæ juvat, Reges eant. Et Anacharsis dixit: Leges esse similes telis aranearum. Et licet non omnes palam id fateantur, sed aliud præ se ferant: tamen plerique Gubernatores idem censent, apud se, quod Demetrius: Quicquid vulnus Demetrius, hoc sanctum est apud Deum, & justum apud homines, Plutarch. in vita Demetrii. Hoc nimis omnes omnium gentium Historie testantur. Sumere proinde facies nihil aliud est, quam sumere varas larvas personalium respectuum, videlicet, larvatum speciem dignitatis, autoritatis, consanguinitatis, affinitatis, potestatis, utilitatis, & quæ sunt alia vel affectuum, vel respectuum larva, quibus oculi judicum fascinantur, & prosternuntur excoecantur. De jure pariter bone Magistratus actiones judiciales introducuntur, quales sunt (1) judicare egenis, qui plerumque à ditioribus premuntur, & tantum non opprimuntur, juxta versiculum: Pressa est paupertas, opulentia splendida regnat, Dives ubiq[ue] valet pauper ubiq[ue] jaceat. (2) judicare pupilli, qui sunt à parentibus, & consequenter ab omnibus derelicii, vel omnium in iuriis expositi. (3) judicare humilium, vel infelium, qui caput alias erigere nequeunt, animum abiectum sentent, nec sibi rebus quæ suis propiscere possunt. (4) judicare de cisis & pauperibus talibus, qui dorso potius incurvo, quam recto, procedunt, undicib[us] sibi nebedam leibe/noth oratione, & rarer gut behelfsen, sicut etiam litera apud Hieros iacurata scribitur, & sic à Daleib distinguitur, quod ioc recto, vel erecto sicut argulo; hiac ab Hebreo Rasch græcum ioc nonnullis descendere dicitur: Iras & est subito, qui modo Cræsus erat. Quod de his judiciis hic legitur, de similibus aliis subjunctum agit.

34. Deniq; Materiæ ex quo modo, vel ἀναλόγως etiam Magistrati tribuitur, q̄ dia ~~l~~as in varias sive partes, sive dotes, distribuitur, quales dicuntur alias jura sup̄ma Majeſtatis, utpote(1) juſterendi, interpretandi, mutandi, abrogandi; exequendis.

quendi &c: leges. (2) iux*instituendi* Magistratus inferiores (3) iux*appellationis*, vel extreme provocatio*nis* (4) ius armorum, vel bellia gerandi. (5) ius pacificandi. (6) ius Legationum (7) ius pectorum & Confederationum (8) ius cedendi monetam (9) ius tributorum & vettigalium. (10) ius Comitiorum &c: Talia quidem in Psalmo nostro verbis explicitis non inveniuntur, implicite tamen, quando dicitur, *Vos estis Elohim, & Filii Altissimi*, cuncta iura Majestatis, vel Celsitudinis subindicantur.

34. Causa nunc sequitur Formalis in verbis *Eritis Elohim*: non dicit *Vos fuistis Elohim*, nim. ante meam sive dicti*onem*, sive constitutionem: siquidem ante DEum vel ordinationem, vel constitutionem, nulla Magistratus publica Majestas competit: Homines sunt, non Principes, anteq*quam* Deus eos Magistratus esse iusserit; neq*ue* dicit, *Vos eritis*, quasi non a divina constitutione, sed a Magistratum futurorum vel intentione, vel contentione, vel operacione, vel laboriosa comparatione, pendeat Majestas: Dei dictum, factum: quam primum Deus ex suo decreto dicit, & dicendo facit Magistratus, tunc valet illud, *Vos estis Elohim*.

35. Ubi tamen ob*s*ervandum, quod verbum *Eritis* non habeat significatum absolutum, sed & relatum & comparatum: relatum, dum hoc *Elohim* esse necessario respicit ad DEum, & ab eo tantum omne suum esse trahit: comparatum v. dum comparare Magistratus tantum *Elohim* est, nim. ubi, quando, quamdiu, quam late &c: Dominum Deus Magistrati concedit, Hoc Ens vero non dicitur internum, sed eternum, non verbale, sed reale, non naturale, vel essential, sed accidentale, non physicum, sed politicum, non personale, sed officiale &c:

36. Qua ratione forma Magistratus in his verbis, *Eritis Elohim*, vari*e* considerari potest, nim. (1) quod non sit forma verbalia, qu*ae* tantum in nudis verbis, vel in rhetorica elegi*cis* consistat. (2) neq*ue* sit nud*e* nominalis, quasi tantum in illustrissimis appellatio*nibus* consistat, nuda nomina pra*se*ferat, rem ipsam non possideat. (3) neq*ue*, tamen sit essentialis, quasi Magistratus essentialiter eminentiam illam obtineant, aut per Essentiam sint *Elohim*, vel etiam Altissimi, quod soli DEO proprium. (4) neq*ue* sit naturalis, quia Magistratus



gistratus hoc non habent à natura, neq; per naturam, sed per DEI  
divinam gratiam, sicut communiter in suis titulis fatentur: **Nos**  
**DEI GRATIA LEOPOLDUS: Nos DEI GRATIA JOHANNES**  
**GEORGILIS III. &c.**: (1) neq; sit moralis, cum Magistratus dignitas  
neutriquam moribus acquiratur, sed divinitus concedatur. (2) neq;  
sit tantum usualis, quando qvis de facto sibi potestatem & autoriti-  
tatem Magistratus vendicat, sicut ipse Diabolus talēm sibi pot-  
estatem in regna mundi totius arrogat **Matt. IV. 9.** & nonnun-  
quam alios Tyrannos, & nequam homines ad potestatiū usum exci-  
tat, etiamsi nullo titulo juris idipsum fiat, sed potius dicitur  
forma quādam officialis, qvia Magistratus sunt Elohim, divinum  
officiū gerentes, tanquam Majestatis divine legati, voluntatis di-  
vine, secretarii, potestatis divinae Plenipotentiarii, autoritatis divine  
Commissarij, vel sunt Elohim terrestres ab Elohim calefī depen-  
dentes, & hujus officium in his terris gerentes, vel Personam Ejus  
referentes.

37. Hæc autem **Forma Civilis Magistratus**, in hoc Elohim  
Eſſe, nobis exposita, tria potissimum respicit, nim. à priori jō fieri,  
quod non per se sint Elohim, sed ab alio sicut Elohim, Ego dixi, Ego  
didi, Ego feci, **Vos Elohim eſſe**, nim (1) per collationem divine supe-  
rioritatis, cum Elohim vi vocis superioritatem aliquam inferat,  
sicut **Psal. XXXIX. 20. 21.** de Davide dicit ipse DĒUS: **Posui ad-**  
**jutorium in potente;** & **EXALTAVI electum de plebe mea: Inveni**  
**DAVID servum meum, oleo sancto meo unxi eam &c:** Sie populus  
Israël postulavit Regem **supra** se, **I. Sam. IIX. 5.** **Conſtitue nobis**  
**Regem, qui judicet nos;** & v. 7. Deus conqueritur: **Non te abjec-**  
**runt, sed me, ne regnum SUPER eos. c. XII. 1.** Samuel nomine DĒI  
dicit Israëlitō. Ecce audivi vocem vestram juxta omnia, que locu-  
ti estis ad me, & confitui SUPER Vos Regem &c: Nam quando  
iūs divine superioritatis conseqvitur Homo Privatus, tunc ipso  
iure fit Magistratus. (2) per collationem divine Majestatis, sicut **Daniel**  
**Regi Balsasari dicit c. V. 18.** O Rex, Deus Altissimus regnum &  
**MAGNIFICENTIAM**, (Majestatem,) gloriā & honorem dedidit  
Nabuchodonosor Patri tuo, & PROPTER MAGNIFICENTIAM  
(Majestatem) quam dederat ei, universi populi, tribus & lingua irre-  
mebant & meruebant eum, quos volebat percussibat, & quos vole-  
bat,



hat + exaltebat, quos volebat, humiliabat: quando  
autem elevatum est cor ejus & spiritus illius obfirmatus  
est ad superbiam, depositus est de solio regni sui, & GLORIA (Maje-  
statis) ejus ablate est, & à filiis hominum ejectus est, sed & cor ejus  
cum bestiis positum est &c: donec cognosceret, quod POTESTA-  
TEM HABERET ALTISSIMUS in regno hominum, & qvemeung  
voluerit, suscitabit SUPER ILLUD. Et hoc etiam ipse Rex Na-  
bucodonosor suis literis c. IV. profiteretur, nim. qvod ex superbia  
contra DEum Majestate collata sit abusus, dum eam sibi tribuit  
v. 27. Nonne hec est Babylon Magna, quam EGO adiscavi in Do-  
mum Regni, in robore fortitudinis mee, & in GLORIA DECORIS  
MEI? Luth. Zu Ehren meiner Herrlichkeit & in Glossa subjungit:  
Hie vergift der König/ von wem er sein Königreich/ seine Herrig-  
keit/ hat/ erhobt sich/ alß herte erß durch seine gewalt/ und wiß er-  
langet/ und muß es anders lernen / nim. per horrendam uerauoe  
Φωτιη, dum omni Majestate spoliatus, ab hominibus separatus, ad  
bestias ablegatus, instar boris cibatus, donec cognosceret, quod Do-  
minetur Excelsus in regno hominum, & cuicung, voluerit, det illud  
v. 29. Id qvod etiam eventu certo comprobatum, sicut ipse Nabu-  
odonosor v. 31. 32. 33. 34. prolixo recenset. Sic per collationem di-  
vine Majestatis homo fit Magistratus, per sublationem divinæ  
Majestatis definit esse Magistratus.(3) per collationem divine pote-  
statis, sicut Christus ipse dicit Pilato Job. XIX.1. Non haberes ad-  
versus me potestatem ullam, nisi tibi DATUM esset DESUPER. si  
quidem apud Deum est sapientia & fortitudo (potentia Heb.  
רָאשׁוֹת Luth. gewalt) ipse haber consilium & intelligentiam Job. XII.  
13. Tu Rex Regum es, dicit Daniel II 38. & DEUS Celi regnum &  
facultates & potentiam & gloriam dedit Tibi: hinc de eodem per-  
hibetur e. V. 18. qvod tam diu sit ad bestiarum vitam & sylvam  
condemnatus, donec cognosceret, quod POTESTATEM habereet  
ALTISSIMUS in regno hominum, & qvemeung, voluerit suscitare  
solarat SUPER illud Conf. c IV. 14. 21. 29. ubi Rex Nabucodonosor  
idem literis suis contestatur. Hac certe protestate, vel potencia di-  
vina si carerent homines, Magistratus officium, instar Elohim, ad-  
ministrare non possent.(4) per collationem divine autoritatis, qvæ  
priores



priores conseqvitur, & per gloriam in Sacris litteris passim expli-  
catur: nam ipsa Sapientia Coelstu, vel Elohim Filiu dicit. Nec cum  
sunt divitiae & gloria Prov. II. 18. per me Reges regnant, & legum  
conditores iusta decernunt v. 15. per me Principes imperant, & po-  
tentiores decernunt iustitiam v. 16. Hinc DEus sibi dicitur Magistra-  
tum, cœu paxillum, in loco fideli, qui sit in solium glorie, super quem  
suspendant eminem gloriam Esa. XXII. 23. 24. gloriam & magnum  
decorum (Hebr. laudem & Majestatem) imponere super Eum.  
Psal. XXI. 6.

38. (II) Ratione sui? ò Esse Elohim, quæ ratione, dicitur Esse  
Magistratus, vel Elohim, in divina sive vocatione, sive Constitui-  
tione, sive ordinatione: (a) sunt Magistratus Elohim in divina vocatio-  
ne, tanquam in formalis fundamento: nam sine vocatione Magi-  
stratus neq; Magistratus est, nec Elohim, sed per vocationem divi-  
nam est Magistratus, est Elohim, & tamdiu manet Magistratus,  
quamdiu manet in divina vocatione: sed vocationis respectus  
hic non est causalis, vel externus, sed formalis, vel internus, sicut  
quilibet homo dicitur in certa vocatione vivere, quæ vocatione fun-  
damentum est omnium operum vocationis; est vera forma Magi-  
stratus, quæ dat esse, dat distinguere, dat operari; dat esse, quia per  
vocationem divinam Magistratus est Magistratus: Ego dixi, Vos  
estis Elohim. Illustrē cernimus exemplum in vocatione Iosua,  
qui populo Israelite præfectus in locum Mosis. Nam cum Num.  
XXVII. 16. 17. Dominum pro Successore rogasset Moses: Provide-  
at Dominus, Deus Spirituum omnis carnis, Hominem, qui sit super  
multitudinem hanc, & posse exire, & intrare ante eos, & educere  
eos, vel introducere, ne sic populus Domini, sicut oves absq; Pastore:  
Statim dixit Dominus ad Mosen: Tolle Iosue, Filium Nun, Virum  
in quo est Spiritus DEI, & pone manum tuam super eum, & statues  
eum coram Eleazaro sacerdote, & omni multitudine, & dabis ei  
præcepta cunctis videntibus, & partem gloria tua, ut audias eum  
omnis Synagoga filiorum Israel. Hæc licet de vocatione causalis,  
quoad sensum & statum immediatum, loquantur, ipsam formalem  
vocationem tamen, cœu fundatum omnis gubernationis invol-  
vunt. Dat distinguere, quia per hanc divinam ad Principatum vo-

erationem Magistratus, tanquam Elobim, distinguuntur à statu de-  
mystico, vel òeconomico, in quo Paterfamilias habet potestatem  
summare in familia, sed privatam, non publicam, & jure gladii dis-  
vinitus non armatam : à statu Hierarchico, vel Ecclesiastico, in quo  
Ministri verbi potestate divina per verbum DEI gaudent, instruunt  
gladio non externo, sed interno, non corporali, sed spirituali, sicut  
Paulus inquit II. Cor. X. 4. arma militie nostra non carnalia sunt,  
sed potestia DEO, ad destructionem munitionum, confilia destruē-  
res. Deniq; dat operari, cum ex vocatione divina fluant omnes  
publicæ Magistratus expeditiones, quæque Elobim est.

39. (b) Sunt Magistratus etiam Elobim in divina Constitu-  
tione, tanquam in formali munimento, vel stabilimento, qya ratio-  
ne pariter non prima creatio, vel constitutio causalis, sed creationis  
continuatio, vel constitutio formalis, hic insinuatur, per quam Ma-  
gistratus id semper est, quod est, & Elobim manet, atq; firmiter in  
officio consistit. Nisi Dominus custodierit civitatem (E Civitatis  
Principem) frustra vigilat, qui custodit eam. Qym primum  
hoc divina constitutionis munimentum, & conservacionis sepien-  
sum, Magistratus subtrahitur, statim corruere necessum habet, sicut  
Psaltes, vel ipse potius DEUS, immediate sequenti versiculo post  
Oraculum nostrum indicat: Sicut unus de Principibus, vel Tyrann-  
us caderis. In Constitutione divina sunt Elobim, in cessatione divi-  
na constitutionis sunt Elili, mere vanitates, & sic tolluntur in  
altum, ut lapsu graviore ruant.

40. (c) Postremò Magistratus sunt Elobim in divina ordi-  
natione, tanquam in formalis ornamento, qvia sunt τάξις & διοίκη-  
ση Ιερού ordo, vel ordinatio DEI Rom. XIII. 1. 2. non tantum na-  
tūra, vel causaliter, sed etiam καθ' ἔργον, seu formaliter. Sicut enim  
celestes Elobim, Pater, Filius & Spiritus S. Deus ordinis sunt, & non  
confusionis I. Cor. XIV. 33. Et ordines cuncta pulcherrimo in magno  
mundi regno circa creaturas disposuerunt: sic etiam terrestres  
Elobim sint ordinis amatores, observatores, conservatores, in toto  
regno, cui sunt à summo rerum Moderatore præfici, cum tota  
Res publica communiter per Ordinem describatur, & constituatur.

Ordo



*Ordo pulchritudinis est causa, vel mater, sicut confusio turpitudinis,  
vel deformitatis est autor. Pulcherrimum Regnum dicitur, ubi cuncta  
justo stant, vel ambulant ordine. Mater etiam certitudinis est Ordo;  
nam ubi recte sunt omnes ordinari, quisque certo novit, certo facit  
ad scopum certo dirigit suum opus & sicut in confusione vel nul-  
li, vel pauci norunt, & faciunt, quae suorum sit parvum. Hinc  
ordo sit causa firmitudinis, quia rectius ordinata facile, firmiterque  
consistunt, sicut confusa facile, subitoque corrunt. Ordo quoque cel-  
litudinis causa videtur: nam in Ordine convenienti semper datur  
ab initio progressus ad primum & summum. Et sic ordo denique  
felicitatis, & omnis abundantioris utilitatis origo, si quisque faciat  
quod suum est, & ad bonum publicum omnes in actionibus suis  
contendant, sicut B. Lutherus de cuiuslibet vocatione loquitur:  
Einteder ferne sine lectione so wird es wol im Hause stohn. Felix,  
immo felicissimum illud Regnum, ubi Magistratus est Verus Elobim,  
& instar Elobim omnibus in eminentia preordinatur, & omnes  
reliqui cum omnibus rebus, & actionibus, in obedientia debita,  
tanquam subditi, subordinantur.*

41. (III) *A posteriori, quod operari Elobim, qua ratione for-  
ma dicitur in legitima Muneris principalis administratione con-  
sistere, cuius speculum excellentissimum, evidenterissimum, & sufficien-  
tissimum in hoc Effe Elobim Magistratus exhibetur. De hac vel  
operatione, vel administratione multa tum ex Psalmo nostro, tum  
ex aliis scriptura locis notari possent, sed excredit jam labor, &  
ad finem properare jubet brevitatis amor Vid. B. Luth. in pul-  
cherrima Commentatione Psalmi presentis Tom. II. Witreb. lat. p.  
530. seq. Dn. D. Christ. Matthiae in sist. Theol. loc. XXXV. cap. V.  
qui prolixè causam istam expeditiv. Nos ex hoc compendium  
verborum faciemus, & summa tantum capita leviter attingemus.  
Dicitur igitur Elobim Terrestrium Operatio consistere, in admini-  
stratione Muneris Magistratus (i) Ecclesiastica, qua spectat ad Eccle-  
siam, cuius externa Magistratus etiam gubernat, cum sit utriusque  
Tabula Decalogi Cuius, & hoc officium consistit tum in vera reli-  
gionis susceptione, ac per totum Regnum introductione, tum in*

veræ religionis propagatione, conservatione, & defensione: tunc  
in religionis corruptæ restauracione, vel reformatione, qvæ  
prolixæ Theologus laudatus distinctis sectionibus atq; regulis,  
juxta sacras literas, persequitur p. 502. seqq. (II) Politia, qvæ  
spectat ad Rempublicam, vel obiectum sibi proprium, & hoc vel est  
Togatum, pacis tempore, diciturq; tergeminum, vid: (i) *vouobetia-*  
*nov.*, vel *Legislatorium*, secundum quod *Magistratus Politicus Deus*  
*Elobim* imitari, suisq; subditis leges honestas, & utilles prescribere  
debet, ut normam certam vivendi, vel omnium actionum ha-  
beret (2) *honestiæ*, vel *officium judicatorium*, secundum quod *Magis-*  
*tratus Politicus*, ut *Elobim*, secundum leges accurate judicare,  
legumq; sanctissimam, & inviolabilem autoritatem conservare  
tenetur, cum leges absq; observatione sint: instar campanæ sine  
pistillo: (3) *vouobetia-* nov., vel *officium vindicatorium*, secundum quod  
legum transgressores atq; violatores debitis pænis, atq; meritis  
suppliciis afficiuntur, sicut *Panhus* inquit Rom. XIII. 4. *Magistratus*  
*Dei Minister* est, tibi in bonūsi autem male feceris, time, nō enim fru-  
stra gladium gerit. *Dei enim Minister* est, index in iram ei, qui, quod  
malum est, agit. Vel est sagittarum tempore belli, secundum quod Ma-  
gistratus belligandi ius exercet, & subditos atq; totam Rempu-  
blicam adversus omnes hostes publico stuetur, ut qilibet in pace  
sub fico & vite sua comode, & securè vivere queat. Hæc, & alia,  
publicam Magistratus functionem concernunt. Et certe luculentest  
in hoc esse *Elobim* publicorum officiorum administratio nobis  
exhibitetur. Nam *Elobim* summus, verus Deus, non *sui*, sed *nostri*,  
vel mundi totius causa semper operatur *Joh. V. 17*. Sic etiam *Magis-*  
*tratus* non *sui*, vel *utilitatis* propriæ, causa suas *officialis operationes*  
instituere debet. Neq; Deus *Elobim* unquam circa rerum crea-  
tarum conservationem non est occupatus, sed potius assidua gu-  
bernatione totius universi bonum communem totius Macrocosmi  
promovet. *Pater meus usq; modo semper operatur*, inquit Christus  
*Joh. V. 17*. Ego operor. Nam si per unicū saltem momentū  
conservativus *Hujus* influxus circa totius, vel partium etiam  
sustentationem ac coordinationem cessaret, vel totum mundi re-  
gnuni,



gnum, vel conservatione divina defituta creatura, statim cornere  
necessum haberent. Sic etiam *Magistratus Elohim* semper debet  
esse negotiosus, nunquam otiosus circa rerum omnium in regno  
rum conservationem, cum ordinationem, tum gubernationem, la-  
boriosissimus. Nam *Magistratus officium* non est otium, sed negot-  
tium, in quo negotiorum negotium. Quod in corpore dicitur anima, si  
hoc *Magistratus Elohim* in Republica. Dum anima corporis par-  
tes animat & gubernat, quodlibet suum in corpore praestat offi-  
cium: sic etiam *Magistratus Elohim* totius Reipublica corpus cum  
omnibus membris animare, ordinare, gubernare tenetur. *Vix*  
*Regis* vulgo dicitur *Vix Regionis*: vel ut alii: *Si bene Rex habeat,*  
*grex bene semper habet.*

42. Accedimus tandem ad *Causam finalēm*, quæ nobis in  
*Oraculo* nostro non obscurius exhibetur, quando *Dī Terrestres*,  
vel *Politicī Magistratus Filiū Altissimi* nūncupantur. Licet enim a-  
lias *Elohim*, & *Filiū Altissimi*, pro synonymis habeantur, & idem *Filiū*  
*Altissimi* cum *Elohim* inferre videantur, hic etiam *Tituli* hi distin-  
cti pro Eodē objecto materialiter supponantur, in loco derivato, vel  
allegatione Christi *Job X. 34* non aliter accipiuntur, vel repetan-  
tur (qua ratione copulativa *V&U. Hebr.* & *Latinorum Et, εξ γνη-  
σεως accipienda venit*) attamen si sermini, vel *Tituli* præsentes in-  
ter se mutuo conferantur, multiplex infer eos distinctio notari  
possit. Nam (1) *titulus Elohim* simplex est, nomen *Filiorum Elohim*  
compositum (2) *Elohim* primitivum ratione significations, sed *Filiū*  
*Altissimi* derivatum quid inferunt, cum *Filiū* dependentiam ab alio  
notent. (3) *Elohim* rem ipsam designat, *Filiū Altissimi* tantum origi-  
nem rei videntur indicare; (4) *Elohim* magis *Dominii* formam im-  
portat, sed *Altissimi* *Filiū* magis quamdiu à formā dependentiam;  
vel aliquam mītiā denotat. (5) *Elohim* antecedens exprimit, quod  
est natura, vel forma *Dominii*, sed *Altissimi* *Filiū* consequentiam, &  
finalēm aliquam dependentiam exhibent. (6) *Elohim* ipsum statim  
regentem infert, sed *Altissimi* *Filiū* non per se, sed per *Altissimum*,  
non propter se, sed propter *Altissimum* Eminētiā habere dicun-  
tur. Ex quibus, & aliis plurimis facile cuiilibet appetat, quod hic  
*Titulus* suo modo *finalē* sit, quod etiam hoc loco causa doctrinæ  
plenioris observare, vel paucis explicare volumus.

Judi-



43. Indicatur autem hoc titulo /)Eius *Magistratus ultimae*  
rei, sc̄i: geminas: Alius respectu DEi, nimirum DEi Gloria: nam dicuntur  
et Altissimi Filii: sicut igitur Filii non suam, sed Eius, cuius sunt  
Filiis gloria ac honorem querere debent, & ab hoc mandato divi-  
no iuxta preceptum quārum obligantur: Honora Patrem tuum,  
& Matrem tuam Exod. XX. 12. sic etiam Magistratus non sunt  
divi naga reges, sed Iesu divi naga reges, Filiis, qui cuncta non ad suam, sed  
ad avū nra reges Patris gloriam referre tenentur, tum quia Deus  
omnia fecit, & dixit propter seipsum, propter suam gloriam Prov.  
XVI. 4. sic etiam h. I. dixit propter seipsum, decrevit propter seip-  
sum, fecit propter seipsum ut Magistratus essent Elobim, h. e. pro-  
pter Nominis sui gloriam. Communiter eisdem Reges & Principes  
sibi, suaq; gloriæ, multa tribuant, quemadmodum vivum nobis  
exemplum in Nabuchodonosore monstratum, prout superius nota-  
vimus ex Dan. IV. 26. 27 ubi pomposus Rex in palatio regio deambulabat, & sibi potentiam & gloriam omnem arrogabat dicens:  
Nonne hac est Babylon magna quam ego edificavi in domum regni,  
in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei? B. Lutherus in  
Comm. super h. I. nostra verba graviter exponit: Hic ponitur hoc  
verbum ponderis magni, Dij. estis, quod scil. Magistratus, Dij sunt, &  
vocabantur, atq; hoc inflat eos, & facit superbire. Fatetur quidem  
eos esse Deos, & habere potestatem. Verum hoc turpe est, quod non  
agnoscunt, A VO HABEANT, sed ea sic perditæ abutuntur, QVASI  
A SEIPSIS DII sunt, quam NIHIL DEO, nec hominibus debentes,  
& illa abutu posint pro sua libidine quam ipsi PER SE DII sunt, SINE  
DEO, & SUPER OMNEM DEUM. Hic jure in os ressedit eis, & acerri-  
me objurgat illorum arrogantiæ & dicit: Pulchre noscitis, Vos esse  
Deos, & habere potestatem, quam ibi fuisistis attenti, cito, & mire do-  
ciles? Verum ecquando discessis, unde hoc habeatis? Si Ego Pater  
& Deus ubi amor meus? Si Dominus, ubi honor meus? ubi meum  
verbum? Vos utiq; non dixistis ipsi Vobis: Dij estis, Ego, Ego dixi, Dij  
estis. Meum mandatum, & meum verbum: NON VESTRA SAPIEN-  
TIA. Vos Dij estis creati, & facti verbo meo, sicut calum & omnes  
creatura. Non EX VOBIS DIL ESTIS, aut NATI DII, quemadmo-  
dum Ego, nisi Ego mandasse, & ordinasse; Non essetis Dij. Ille opes,  
illæ rituli Maj. statis, illæ porenia, ille splendor rerum, ille terra, regna,  
provinciae, populi, non vestra sed mea sunt. Ego dedi, Ego donavi ve-  
bis,



bis: Vos vestris viribus haec non parare, haec parta fieri possetis. Sed quia  
pulchre grati eis, quod me, & verbum meum pedibus calcatis, & ne pro  
Deo quidem habetis. Verum si verba satis sunt, hic forsitan Deo respon-  
sabum omnes Principes, & dicent: Quid? Annon pro Deo Te habemus?  
Abfir. Si nescis, quam prolixo honore tribuamus Tibi, quam  
magnifice grati simus, vel titulos nostros intuere, Nos DEI GRA-  
TIA &c: DUX Nos DEI GRATIA REX. Item Nos  
N.N. DEI GRATIA Episcopu& &c: Hic audis, quod nostrum potestatem,  
tanquam a Deo acceptam, palam agnoscimus. Quid requiri amplius?  
Verba quidem haec, fateor, vera sunt, & Principes decet talia scri-  
bere, sed qui ore tenus etenim ea agnoscunt, pertinent ad illum populum  
de quibus Esaias 29 dicit: Populus hic labitur me honorat, & autem es-  
tum longe est a me. Et Christus: Non omnis, qui dicit mihi, Domine,  
Domine, intrabit in regnum celorum, sed qui facit voluntatem Patris  
mei &c: Et Paulus i. Cor. 4. dicit: Non in sermone est regnum Dei, sed  
in virtute. Quorsum a profueris, quod verbo tenus proficeris, te Dei  
Gratia Principem esse, cum cor tuum, & tota vita tua, non alia sit,  
quam impi, quasi nullum habeas Deum, vel a teipso sis Dominus, quasi  
liberatem habecas contra mandatum Dei, omnia pro libidine faciendi.  
Nam qui verbum Dei non magnificat, ille etiam ipsum Deum non ma-  
gnificat. Summus enim Optimus cultus Dei est, per verbi cognitionem;  
aliter n. Deus nec coli, nec cognosci potest. Cum nunc Dii illi, neq; ver-  
bum, neq; mandatum Dei carent: plane non habem Deum, tum QVA-  
SI EX SEIPSIS SUNT DH, arrogant SIBI POTESTATEM, & illum  
versum pro mendacio habent. Ego dixi, Dixisti. Hic autem vide, quod ut-  
quisq; Princeps sit, qui hunc Titulum, DEI GRATIA sic gerat, ut non  
aliud ore, aliud cor de promtu habeat. Maxima pars gerunt hunc Ti-  
tulum in testimonium ipsi & iudicium, & sub pretextu falso Sancti  
Nominis Dei, ut crudelis & impius Tyranni his blasphemis sum in Deum.  
Hæc & alia B. Lutherus graviter in laudato Commentario differit, quia  
eerte dignissimus, ut ab omnibus Magistratibus frequenter evolvatur,  
& cum attentione legatur.

43. Alius respectu Politie, vel Publice Rei, sic Salus publica supre-  
ma lex, supremus scopus esto. Sicut enim Altissimum in altis sedet, non  
ratione sui, sed ratione mundi, ratione nostris, vel ratione macrocosmi,  
& ratione microcosmi, tunc ut integratem macrocosmi conservet, tunc  
ut felicitatem microcosmi, vel omnium hominum, cum primis Ordini-  
bus, à se constitutorum, Ecclesiasticis, Policii & Oeconomici, tempe-

MMXII



multiplicet: ex alio omnia cernit, ex altero omnia bona decernit, ex altero omnia bona mittit, ex altero omnia bona facit, atque distribuit: sic etiam Altissimi Filius suum Beneficium et beneficium Parentem imitari tenentur, ut non in altero modo sedeant, sed ex altero bona provideant, subditorum bona promoveant, atque bona publica salutem publicam promoventia, cumque distribuant.

44. (1) Finis Magistratus subordinatus, qui dicitur Bonum cuiusque privati, quod ostendit Paulus Rom. XIII. 4. Magistratus Dei Minister est, Tibi in bonum: & hic postea etiam idem insinuat. Nam hic Altissimus est Optimus, est Maximus, & non nisi bonum nostrum intendit, non nisi bonum nostrum attendit, non ad aliud, nisi bonum nostrum, contendit. Magistratus eius Filii sunt; Filii non generationis, verum imitationis; Bonum igitur singulorum subditum in prudenter intendere, semper attendere, nec ad aliud, nisi bonum subditorum singulorum, viribus omnibus contendere debent, nim. ut explicat P. I. Christi. Matthiae d. l. c. 6 q. 3. [1] ad bonum Naturale, quo subditis de victu, vel annona, vel alius robus naturalibus proficiant, exemplo Josephi Gen. XL. 34. 35. 36. (2) ad bonum morale, quo subditis leges honestas & salutares, ad quas vitam suam componant, prescribunt. (3) ad bonum civile, quo gladio publicam honestatem, & subditorum tranquillitatem defendant Rom. XIII. 4. (4) ad bonum spirituale, quo veram religionem & pietatem promoveant atque custodiant, ut sint Ecclesia Nutritio Esa. XLIX. 23. & Custodes utriusque Tabula Decalogi. Nunc etiam de Proprietatis, vel Atributis Magistratus ex hoc Oraculo multis agi posset, utpote de Veritate, Necessitate, Divinitate, Majestate, vel Autoritate, Potestate, Utilitate, Antiquitate, Stabilitate, Universalitate Magistratus &c. &c. vel etiam de Beneficiis & Operibus Ejus; sed angustia pagellarum ista non capit. Tantum igitur hoc unum addimus.

SOLI DEO SIT GLORIA!

•S(O)S•



**T**errestres Elohim sunt Reges, teste David,  
Atq; Magistratus calica scepira gerunt.  
Cœlica scepira DEI per Terram rite gubernant,  
Qvotqvot in Orbe suam jusit habere Vicem.  
Nomine sunt Elohim, Nomen dedit Illud Iisdem  
Ipse DEUS: sanctum Nomen & Omen erit.  
Munere divino gaudent Elohim Terrestres,  
Cur mod⁹ Res caret Nomine Tanta suo,  
Nam divina manet Majestas semper in Illis,  
A Domino pender qundo Regentis Onus.  
Ornat Eos Regis Regum Divina Potes⁹as,  
Qvando Regentis opus pender ab ore DEI.  
Armat Eos summum Divini culmen Honoris,  
Qvando Regentis Honor floret Honore DEI.  
Talia nunc meditare piè, DOCTISSIME RITTER,  
Terrestres Elohim totus Honore colis,  
Qvos DEUS exaltat, nunc exaltare laboras,  
Atq; Magistratus Emolumenta notas.  
Terrestres Elohim devoto pectore cordis,  
Ac ab abundanti pectore verba seris  
Perge DIIS PATRIÆ TERRESTRIBUS optima ferre  
Votis devotis, his studijsq; sacris.  
Sic Domino Celi, Terrestribus atq; placebis  
Diis, qui sponte dabunt prospera fata Tibi,  
Ut variis studiis PATRIÆ servire libenter  
Possis, atq; feras commoda multa Bonis.  
His faveat semper Benedictio larga Jehova  
In TERRA PATRIA sic BENEDICTUS eris!

Hec  
Felicitatis Ominis ergo  
f.

JOHANNES Deutschman/D.

~~~~~  
**N**on ego TE numeris patiar, RITTERE, silexi  
Adhuc inornatum meis.  
Nam tua prolixo Virtus est carmine digna,  
Clarâq; lauru dignior.

G

Mitto,

Mitto, quād doctus sis Linguis, mitto Poēsiā:  
Totum sibi Te vendicat  
Theologe, cuius nūquād non signa secutus  
Omen merē Nominis.  
Quippe, qvod est mirum, cito respondere paratus,  
Nec tela non retundere;  
Nec minus adverfas scis partes ritē tueri,  
Plaudente Summō Praeside.  
Nunc aīs: Hōc Scriptō rationem reddere par est  
Meis PATRONIS, qvos DEI  
Gratia conservet! Bonus inde probabere Civis;  
Nec plura deerunt præmia.  
Et qvod si Patrias solpes remeāris ad oras,  
Velim salutes sospites,  
Qvos Tibi laudavi, longō mihi tempore notos.  
Amicus haud rotundus est,  
Sed stabilis durat. Non intervalla locorum  
Satis probata cordium  
Vincia usq;am dirimunt, nec tempus diffecat ullum.  
Sed desino complurium.  
Vive diu ex voto, felicibus utere fatis,  
Nec vive Leucoris immemor!

L. M. Q.  
*ad uox ed.*

M. JOHANN. Peisfer / P. L. Caf.  
& Lyc. Wittenberg. Rector &  
Director. &c.

Dominus MAGISTRATUS defendis munia, RITTER,  
Atq; boni Nomen Civis habere st̄des:  
Hec Patrie PATRIBUS pietas est grata, DEOq;:  
Ergo feret digno digna brabéa VIRO.

f.  
MICH. EUSER. Trans. SS. Th.  
& Phil. Stud.  
Gabri-



## Gabriel Ritterus Saxo

arayę duplice in Cis resoluta Prodit:  
Bearis? Sic est: gratulor!

Noscitur astivis postquam rediere calores,

Fertilis, an sterilis sit vocitandus ager.

Ille graves larga compensat messe labores,

Cultorem lolio ludit at iste suum.

Tu Patria qui Leucorea es translatus in arva

Matureos fructus fertilitatis habes.

Publica nec quenquam possunt haec fallere signa;

Testem ipsam cathe dram, disseris unde, voco.

Anne igitur digno, Rittere BEARIS honore?

SIC EST: debentur Praemia magna Tibi.

Quæ tandem referes? Laudem hic, cum ulaberis illic

Patria muneribus factus in arva redux.

Hinc ego (si bona vota juvant,) Tibi Pectore toto

GRATULOR, & ceptis omnia fausta Precor.

Vive Tibi longos, Patriæ, & Genitoribus annos,

Feliciq; petas recta Paterna pede.

JOHANNES WELTHER,

S.S. Th. & Ph. St.

## Gabriel Ritterus Saxo

Per Arayę duplice in Cis resoluta, prodit:

Abis Cultor? Sertageris?

Ergo Novensilium CULTOR, Rittere, Sororum,

Leucoreamq; ultra non iterabis? ABIS.

Sic est, o nostre non ultima porio vite!

Larviam haud post bac nos cumulabis, abis.

Heu mibi! quod migras hac sede, nec amplius ora

Castalia mecum fonte lavabis, abis.

Non sine laude ramen, (quod publica signa probaverunt)

Fontibus Albiacis sed benè locis, abis.

G

Floride

Florida namq; tuo quæ vertice, munere Phœbi,  
SERTA GERIS, possunt significare Decus.  
Sed privata volo, non lauræ sarta Magistrum;  
Hec licet ex merito sumere dignus eras.  
Lator honore Tuo, totusq; in vota resolvor,  
Nam tantis captis quid nisi fausta precer?  
I! Promas fructus Patriæ, Tua, linquere vitam  
Cum coget fatum, fama Superstes erit.

Gratulabundus de pro opera  
MART. CZIEGLERUS, Coronâ-Trans-  
ylvanus, SS. Theol. & Phil. Cultor.

Hectores quamvis vibret furor impius iclus  
Perdere queis satagit Dogmata sancta Dei;  
Attamen hanc pietas conatur frangere molem;  
Scilicet hec pugnat Numine fulta sacro.  
Hoc igitur fretus felici nomine certas,  
Rittere, & Muhi prælia grata moves.  
Omen adest faustum: non de errunt certa brabecas,  
Cum patrii repetes dulcia tecta soli.

His Praef. Dn. Resp. animo & corde  
applaudebat,  
Dan. Schobelius Lap. Trans.  
SS. Theol. & Phil. Stud.

Cara perennes Hellados, amulis  
Augebat aras innemosynes, Duce  
Tirynthio, palestra surgens,  
Roboris emeriti cacumen.  
Ursit Pelasgam, laurus Olympicas  
Pubem, decoris sive prooemias  
Magmenta sive sive festum,  
Spes peteret titubans, celeusma.  
Fugatis ergo tanta frequentia,  
Dum vana lustrat phlasmata, gloria;  
Persante quæ peana comptu  
Laus trahit, hospitió carebit?

Cata.



*Catastria, CHRISTUS Phosphorus, excita  
Dissemnatis largiter ignibus,  
Splendore Spiritus, sequestrat,  
Cœligenis analecta pugnis.*

*Manante, diam hanc feligis impiger*

*Sudore, lucem Gabriel; unice*

*Cui robur EL GIBBOR*

*Egregios animetq; cursus.*

*Heroa clarum, pugna Academica,*

*Tc, Docte Ritter, nunacit hostibus,*

*DEO probatum, Patriaq;*,

*Premia subveniant labori!*

Per Eximio Dno. RITTERO

Prolixiori votō, qvām carmine,

Præst. Dn. Resp.

f:

Martinus Kelpius Holdrilagino-Transylvanus, SS.Theol. & Phil. Stud.

*Εὐδόκιμοι Αρχοντές, δίλυκπα τείχεα γαῖας,  
Εκ Θεοῦ οὐψίου πέλει γδ̄ μπέν σκείραν  
Θεούπεργον παρέχεσθαι καλέσι διεργίαν αποτέλλει,  
Τας δὲ πολούχους θεωτάν πανηστ πονηράς.  
Πευκαλίαντος Φρεσού Χειρόν θεράποντας εύντας  
Σώζοντες, θάλπεστα τά Φρεσούσηρα Μεσών.  
Τάνεκα Αρχόντων ανήμαντο, πολέ Φιλτάτο φίλες,  
Αξιοπολέτω έγχειρεις πόνω αξιεποίωνε  
Βασιλέως θεός οὐψιασθεν Σὲ εἰς Πατρείδα χώρας.  
Οὗτοι Αρχοντας ποτε πάλιμα σώζοντες Φερθεινεν.*

Præstantissimo ac Politissimo Dn. Respond:

Amico suo & Populari honoratissimo, atq;  
optimo, de egregio Theologicorum labo-  
rum specimine ex animo gratul.

JOHANNES KREMPES, Cibiniō-Transylv.

S.S.Theol. & Phil. Stud.


Uisqve



**U**sque adeo verum est: Ex duris Gloria surgit,  
Quæ Tibi, mi Fautor, multo discrimine parta est.  
Nam Patriâ cedens, male strato tramite Dacum  
Alpes scandisti rigidas, tot inhospita tesqua  
Hospes transisti: maduit sudoribus ustum  
Corpus; non unquam fessum Te mensa refecit  
Lautior, aet epula viles, capreæq; quietis  
Hora brevis, nox insomnis, labor improbus, instar  
Hostis collectas carperunt corpore vires.  
Dura sed aufgunt, succedit Gloria merces,  
Nempe Magistratus est dum defensio cordi;  
Asteris hunc etenim tantis successibus, ut sis  
Ipse Magistratus cognato dignus abunde.  
Gratulor, hoc super est, referant Tibi dona Brabeutæ,  
Vires marcore eruptas pia Patria reddat;  
Sic sua virtuti constabit Gloria perpes.

*Hicce Per-Ex. Dn. Resp. de edito specimi-  
ne, emenſoq; vite Academicæ cursu grat.*

JOH. KLEIN Purim. Transl. SS. Theol.  
& Phil. Stud.



VIRI  
GENEROSSI, NOBILISSIMI, AMPLISSIMI, PRUDENTES  
arg, CIRCUMSPECTI,  
DNN. MÆCENATES ætatem devenerandi!

**D**ivina profectò virtus est; ac Viris summâ auctoritate propria, & pos-  
se juvare alios, & velle. Nam benè aliis facere hoc solum, ut *Synesis*  
*verbis utar*, habent homines cum DEo commune. Qvamobrem  
bonitate & beneficentiâ nihil melius, aut præstantius, arbitrabatur  
*Arpinas*. DEus enim ut Summum Bonum est; ita omnia optimè fecit; nec  
potest nisi benè agere. Qvod si hoc ipsum pluribus expositurus essem, diffici-  
lius foret exitum; qvam principiū invenire. Quid? qvod nec illius tan-  
tum est ingenii flamen, neq; ulla dicendat scribendi tafta vis, tamq; co-  
pia, qvæ non dicam exornare, sed enarrare Summi beneficia Numinis possit.  
Sic etiam illi, qui Ejusdem vices in his terris sustinent, nunquam proprius ad  
DEi similitudinem accedunt, qvam cùm sunt beneficii. Nec, Ethnici, à vero  
veri DEI cultu alieni, hoc benefaciendi, studium intermisserunt. Ita enim  
relatum legimus, *Titum Fl. Vestfalianum* recordatum quondam infel. coran-  
dum, qvod nihil cuiquam boni toto die præstisset, memorabilem hanc ac  
cedro dignissimam edidisse vocem: *Amici diem perdidì*. In memorem hic et-  
iam mihi vénit *Cimonis*, cuius Corn. Nepos, castissimæ orationis Auctor, me-  
minit, munificentia: utpote qvem pedissequi semper cum nummis secuti sunt,  
ut, si quis opis ejus indigeret, haberet, qvod statim daret, ne differendo videtur  
negare. Ut plura hic loci commémorare Exempla supersedeam. Veltrami,  
PATRES PATRIÆ MUNIFICENTISS MI, eamq; decantatissimam ipse  
testari habeo benignitatem. Qvousq; enim mihi in celeberrima Electorali  
ad Albin Academia studiorum gratiâ vivere licuit, illud ipsum post DEum,  
liberalitati *Vestre* acceptum referendum est.

Facere proinde non potui, qvin VOBIS, NUTRITI Nunquam noti-  
cā, qvā par est, ratione honorandi, prō maximis in me collatis beneficiis gra-  
fi animi tesseram pro virili mea decernam. Qvam si serenā, uti spero, accipia-  
tis fronte, habeo abunde, unde mihi, meisq; studiis gratuler. Nec dubito,  
qvin Vobis, EVERGETÆ MAXIMI, pietatis hoc monumentum, licet levi-  
densē munusculum videatur, perqvam optimè probetur. In hoc enim non  
ob-



obscure declaratur, quanta sit Muneris Vestrī, qvō summa cum laude, in dulcissima Patriæ ornamentum, emolumentumq; fungimini; Amplitudo. Satis enim testimonii de summā, qvā polletis, Autoritate, dictum est, si DEUS VOS DEOS nuncupet. Qvenadmodum etiam benignissimum illud Numen benignitatis suę radiis totum collustrat orbem: Ita Vos, PATRES CONSCRIPTI, nihil quicquam eorum prætermisisti, qvibus Patria omnis non posset non florere. Ut verò piorum Clientum est, ac Subditorum, pro Magistratus sui incolumitate ardentissimas ad DEum effundere preces: ita nunquam ego & Vestrā Omnia, & universæ Patriæ Salutem, Divinæ commendare misericordia, defethiscar, Deus conservet Vos ex Voto florentes qvām diutissimè! ita precatus

## GG.NN.AA.VV.NOMINIBUS

Perscribebam Wittebergæ  
in Muséo meo, IV. Id. Maj.  
A.R.S. Cl. Loc LXXXI.

plus quam

Solduriorum lege,

obstrictissimus

Cliens,

GABRIEL RITTER, Cibiniensis  
SS. Thol. ac Phil. Stud.







Umg.-Jg

III-12.



58


W 12

7





# Farbkarte #13



28  
29

**DISSE<sup>ר</sup>TAT<sup>וֹ</sup> THEOLOGICA**  
**DE**  
**TERRESTRIBUS**  
**ELOHIM,**  
*b. e.*  
**MAGISTRATU<sup>מ</sup> POLITICO,**  
*Quam*  
**JEHOVAH ELOHIM clementer annuente,**  
*Ex*  
*Psalm. XXCII. comm. 6.*  
 In florentissima Electorali ad Albim Universitate,  
**PRAESIDE**  
*VIRO SUMME REVERENDO, MAGNIFICO, AMPLISSIMO etq;*  
*EXCELENTISSIMO,*  
**DN. JOHANNE Deutschmann/**  
 S.S. Theol. Doctore, Ejusdemq; in Inclita Leuco-  
 rea Prof. Publ. Celeberrimo, Alumnorum Ephoro  
 Gravissimo,  
**DN. Patrono, Preceptore, ac studiorum suorum Pro-**  
*motore, omni pietatis atq; observantia cultu eternum*  
*suscipiendo,*  
 Publicæ, placidæq; disquisitioni proponit  
**GABRIEL RITTER, CIBINIO TRANSYLVANUS,**  
 S.S. Theol. ac Phil. studiosus,  
*Ad diem Maji A.C. cl<sup>o</sup> I<sup>o</sup>c. XXCI.*  
*IN AUDITORIO MAJORI.*  
 WITTEBERGA, Typis JOHANNIS SIGISMUNDI Siegenbeins.